



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Tractatus IV. De Religione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

TRACTATUS IV.
DE
RELIGIONE.
PRÆFATIO.



RIBUS prioribus hujus nostre Tertiae Partis Tractatibus quâ potuimus breuitate, diuinâ gratiâ opitulante absolutis, restat quartus, qui est de Religione, cuius vis Catholico perutilis, & cuiuslibet confessario summè necessarius; utpote qui ostendit, qualiter Deum, tamquam primum ac supremum omnium principium, per orationem, votum, iuramentum aliosq; actus religiosos, tum externos, tum internos, in signum diuinæ excellentiæ nostraq; subiectionis assumptos, colere & sanctificare debeamus. Quæ materia est cuiusvis catholico summopere expetenda. Notitia quoque de precum, maximè canonicarum, recitatione, festorum celebratione, votorum ac iuramentorum emissionem & cessationem, tamquam de materia quotidie obvia, est confessariis scitu necessaria.

DISPUTATIO PRIMA.

De Virtute Religionis in Communi.

QUÆSTIO I.

Quid & Quotuplex sit Virtus Religionis?

1. Religio est virtus inclinans ad cultum Deo reddendum.



RELIGIO sic dicta, quod Deo nos adstringat & alliget, iuxta Lactantium lib. 4. diuinarum institutionum c. 28. est virtus inclinans ad exhibendum debitum cultum Deo, tamquam primo omnium principio. Est autem cultus species quædam honoris; utpote qui idem est, quod honor alteri cum animi submissione exhibitus: quam submissionem honor in genere non includit; ideoque in Deo, sanctos suos utique honorante, locum habet: cultus verò minimè. Debitus hic est Deo ob suam infinitam

Herinc Sum. Theol. Pars III.

excellentiâ, quam includit vel supponit ratio primi omnium principii; cum omnia producat, conservet & gubernet infinitâ sapientiâ, voluntate & potentiâ suâ bonitatis. Cum itaque summè à Deo in esse & conservari, & quoad omnia bona, tam naturalia, quàm supernaturalia dependeamus: ratio postulat, ut nostrum nihilum ac seruitutem, ipsius verò excellentiâ signis protestemur, idque longè potius quàm debeat id præstare subditus circa principem terrenum, oblatione tributi honorarii. Non tamen semper est debitum tale, ut, si non fiat, peccemus: cum etiam colamus Deum votis & oblationibus spontaneis: nec Deus ex quadam conniuentia semper præcipiat ista sibi præstari. Jure tamen exigere potest. Præterea tanta est diversitas de causis nostri erga Deum obligatio, ut numquam ad æqualitatem ei satisfacere possimus. Denique Deo

Tamquam primo omnium principio.

Cui omnia nostra multis titulis sunt debita.

V u nihil

nihil potest reddi liberatè ratione servitutis nostræ, vi cuius, quidquid sumus aut operamur, est magis domini Dei, quam nostrum; adeoque quidquid obsequii Deo præstamus, instar debiti accipiendum est fieri: cum inter donationem seu officium liberalitatis & debitum non videatur proprie d. e. medium.

2. *Obj. tunc quod religionis est cultus; cui, Deus; formalis, debitum.*

Hinc patet I. Objectum quod seu materiale religionis esse cultum, sive hic consistat in actu exteriori, sive in interno, modo in signum divinæ excellentiæ & nostræ subjectionis assumatur: Deum autem esse objectum cui cultus exhibetur. Debitum denique esse objectum formale: cum religio sit pars potentialis iustitiæ, quæ respicit formaliter debitum, cultusque exhibeatur Deo, quia ipsi debitus ob suam excellentiam.

3. *Differt à virtute Theologica, quod hæc, non illa, immediate in Deum tendat.*

Patet II. religionem distingui à virtutibus Theologicis, quod hæc respiciant immediate Deum, & solum tamquam objectum, motivum seu formale; sed etiam tanquam objectum quod, saltem principio; ideoque nos immediate seu nullo mediante conjungant Deo, dum illum credimus, speramus & diligimus. At Religio respicit immediate cultum Deo exhibendum tamquam objectum quod: ipsum autem Deum respicit tamquam objectum cui, & mediante cultu, qui ei exhibetur. Præterea objectum formale non tam est ipsa divina excellentia, quam debitum in ea fundatum, indeque resultans honestas: cum tamen motivum virtutū Theologicarum sit ipsa Dei veritas, concupiscibilibitas, aut infinita bonitas.

4. *Esse oratio subinde immediate Deum attingat.*

Dices, Oratio est actus religionis, & tamen videtur attingere Deum tamquam objectum quod: immo ipse Deus est sæpe ipsa res, quam postulamus; uti est res, quam speramus. Resp. orationem non esse actum internum & elicitem religionis (vnde tamen spectari debet virtutis objectum) sed potius actum orandi, qui non attingit immediate Deum, sed orationem, tamquam actum imperatum. Actus autem Theologici, etiam interni & eliciti, respiciunt immediate Deum. Deinde in oratione est duplex respectus: prior, quatenus ipsa tendit in bonum orantis, & sic est actus imperatus spei: posterior, quatenus aliquid ab altero petere, est quidam cultus & honor illius, signumque protestativum potentiæ alterius ad nos juvandum: & sic quidem spectat ad Religionem; sed eatenus Deus est objectum, cui, seu consideratur ut persona, cui honor exhibetur. Præterea eatenus non attingit Deum vitaliter, sicut actus Theologici, sed solum tamquam signum suum significatum.

5. *Possumus autem religionem imperare Theologicos; & contra.*

Nihilominus possunt actus virtutum Theologicarum à religione quoque imperari: & e contra possunt virtutes Theologicæ imperando causare Religionem & cultum Dei, quo sentit Augustinus Enchir. c. 3.

dixit, fide, spe & charitate Deum potissimum coli.

Patet III. Qualiter Religio distinguatur à quibusdam virtutibus ei affinis. A pio quidem affectu credulitatis, quod hic respiciat fidei assensum, actus autem religionis cultum seu signa debita divinæ excellentiæ. A poenitentia secundum multos non distinguitur, quatenus scilicet ipsa respicit reparationem divini honoris per peccatum violati. Hoc enim spectat ad Religionem: cum sit eadem virtus, quæ inclinatur ad honorem Deo exhibendum, & ad detestanda ea, quæ sunt divini honoris læsiva, ac ad honorem læsum reparandum. A pietate & observantia erga Deum similiter non distinguitur: quia pietas respicit cultum debitum parentibus, tamquam principis vitæ observantia, cultum debitum personis in dignitate constitutis; qui tituli eminenter continentur in Deo, quatenus est objectum Religionis. Idem est juxta D. Thomam (et si alii contradicant) de gratitudine erga Deum, ipsam scilicet Religionem esse superexcellenter gratitudinem. Humilitas (quæ ad temperantiam reducitur) ubi missionem suam significat, quatenus congruit nostræ vilitati, ne per elationem extra nostros limites feramur: Religio autem, ut divinam eminentiam declaremus, eamque honoremus, Vide dicta Tract. de Virtut. Cardinal. disp. 2. quæ 6.

Patet IV. Præstantia Religionis, in aliis quidem virtutes Theologicas; ultra tamen ceteras virtutes morales, Deum non respiciat: scilicet ob præstantiam objecti, ac modi illud attingendi. Difficiliter tamen apparet positiva præstantia Religionis præ quibusdam virtutibus ei cognatis, signanter obedientiæ erga Deum, & affectu credulitatis: quamvis Doctores plerumque velint religionem etiam his omnibus esse excellentiorem. Vide Lessium c. 36. dist. 2. & alios.

Pates I. An sit una virtus Religionis? Resp. probabiliter affirmativè: quia est unum objectum formale, scilicet cultus quatenus debitus Deo, tamquam primo omnium principio. Nec obstat multiplex differentia beneficiorum: quia ipse non diversificatur ratio debiti, seu objectum formale. Non refert etiam specifica diversitas actuum Religionis, quales sunt Deum honorare, ei servire, vovere & reddere, sacrificare, gratias agere &c. Nam per omnes, quatenus sunt actus religionis, protestamur divinam excellentiam & nostri ad Deum subjectionem: potest autem eadem virtus inclinare in differentes actus sub eadem ratione formali ultimata elicitos. Quod clarius foret, si cum plerisque aliis Doctoribus admitteret virtus infusa Religionis: hæc enim instar potentiæ se habens, facilius patitur distinctionem specificam in actibus.

Pates II. Ad quam virtutem spectet cultus Sanctorum? Resp. si Sancti colantur ob perfectam

cultus ad religionem pertinet.

perfectiones libi insinuas, g. virtutes, gloriam &c. velut motivum, cultus iste non procedit à virtute Religionis, sed à dulia: Religio enim tantum spectat cultu debitum ratione excellentiæ increatae. Dicitur tamen cultus religiosus ad est, non civilis, & implicitè etiam resultans in honorem Dei, cui honorificum est, quod sui ministri sic honorètur. Si verò colantur Sancti ob divinam excellentiam ipsi applicatam, cultus procedit à religione; uti amor proximi propter Deum à virtute charitatis divinæ.

QUESTIO II.

Quid & Quotuplex sit Devotio? Quo ejus causa, effectus & impedimenta?

8. Devotio multipliciter sumitur.

DEVOTIO aliquando apud Patres sumitur pro affectu cujusvis virtutis. Aliquando, præsertim apud vulgares, sumitur pro dulcedine, quæ sentitur in exercitio rerum spiritualium, sive præ facilitate & quasi sensibili suavitate, quæ devotus perficit ea, quæ ad cultum Dei spectant. Quæ tamen usurpatio est impropria: cum devotio sit actus Amanus, virtuosus & meritorius, adeoque in potestate nostra constitutus; prout frequenter nos sunt prædicta facilitas & suavitas, quæ sæpè oriuntur vel consistunt in speciali gratia Spiritus sancti cor excitantis & prævenientis: subinde etiam pendent à dispositione corporali. Unde fit, ut homo nunc operetur cū gustu & facilitate, nunc cū tedio & difficultate. Sunt tamè plerumque occasio majoris meriti, quatenus inde nascitur major actus intensio, diuturnior continuatio, & frequens eorumdem repetitio.

Proprid sumpta quid.

Itaque Devotio propriè nihil aliud videtur, quam pia affectio voluntatis ad promptè faciendum ea, quæ sunt cultus & servitii divini. Quam affectione comitari solet quædam ejusdem intimatio, seu sui ad Dei cultum oblatio & traditio, quam devotio connotare videtur, juxta nominis etymologiam sonans idem, quod Deo voco; sive illa incipit fiat cum stricta obligatione, ut in voto, sive absque obligatione, ut in nudo & sermo proposito.

Congruè ad nominis etymologiam.

Unde Devotio est specialis quidè actus religionis, quodammodo tamen universalis: tum quatenus respicit generaliter cultum & servitium Deitum quatenus ad alios particulares actus religionis movet, ex quibus vicissim, tamquam ex signis & effectibus, vera mentis Devotio solet innoscere, qui namque perfectè se mancipat divino obsequio, consequenter in actibus specialibus ad cultum Dei pertinentibus v.g. laude, gratiarum actione & aliis se occupat.

Est specialis, quodam tamen sensu etiam universalis religionis actus.

9. Causa ejus principalis est spiritus sanctus.

Causa porro principalis Devotionis est Spiritus sanctus intellectum illuminans & voluntatem accendens. Ex parte autem nostra præcipue Devotione generat attentæ & Hericæ Sum. Theol. Pars III.

frequens consideratio divinarum perfectionum. Inde enim mox apparet, quàm gloriosum sit, totalitè se mancipare servitio tanti Dei. Præterea consideratio divinarum beneficiorum, creationis, conservationis, gubernationis quoad naturam & supernaturam, ac præsertim redemptionis per Christi incarnationem & passionem: quorum & similitum mysteriorum ruminatio homines sensibiles manuducit ad intelligentiam divinarum, ut, dum visibiles Deum cognoscunt, per hunc in invisibilem amorem rapiantur. Accedit consideratio propriæ miseræ & indigentia, ex qua nascitur humilitas, & clarescit, quàm utile, immo quàm necessarium, nobis sit Deo ex toto corde servire.

Quibusda dispositionibus ex parte quoque nostra concurrunt.

Effectus devotionis partim & per se, est gaudium spirituale, quod à mysticis lætitia spiritualis dicitur: oriturque tum ex memoria & consideratione sublimitatis & gloriæ Dei: tum ex consideratione divinæ erga nos sollicitudinis & amoris. Partim & per accidens, tristitia, quæ secundum Deum est, dum nostras indigentias & à summo bono deficientiam consideramus, dumque ad magis perfectum ejus servitium, quàm in terris sit, anhelantes gemimus, quia incolatus nostræ prolongatus est. In quibus devotionis exercitiis non solum concurrunt virtus religionis, sed immiscet se etiam actus Theologici, præsertim charitatis, immo prædominantur.

IO. Effectus gaudium spirituale.

Tristitia per modum effectus per accidens huic subordinata.

Impedimenta devotionis sunt, immoderata rerum temporalium sollicitudo. Terrenarum consolationum nimis cupido. Indiscreta de ultimo suæ vitæ termino seu salute aut prædestinatione anxietudo. Tanta in laboribus occupatio, quæ animi recollectione & spiritualia exercitia non compatiatur. Ceteroquin qui labores suos, sive manuales, sive liberales, cum humilitate Deo subjicit & consecrat, majorem aliis subinde devotionem servat. Plura alia impedimenta congerunt mysticæ Theologiæ Scriptores.

II. Impedimenta & conserunt.

QUESTIO III.

Quid & Quotuplex Oratio & qualiter necessaria ac præcepta?

ORATIO quandoque sumitur impropriè pro omni bono opere. Cui acceptio; nonnulli applicat illud Luca 18. Oportet semper orare. Quædoque magis propriè sumitur pro omni motu interiori intellectu aut voluntatis in Deum. Quo sensu videtur describi à Damasceno l. 3 de fide c. 24. Ascensus mentis ad Deum. Quædoque adhuc strictius sumitur pro mentis in Deum ascensu, quo vel Deum laudamus, sive benedicimus, vel pro acceptis beneficiis gratias agimus, vel nova ab ipso beneficia, tamquam à bonorum omnium fonte, postulamur. Et hoc modo cõplectitur laudem, gratiarum actione & petitionem. Propriè sumpta oratio

12. Oratio multiplex acceptio.

Propriè sumpta oratio

oratio describitur à Damasceno sup. Decentium, à Deo petitio, sive Eorum à Deo postulatio qua postulare conuenit. Ad quam etiam spectat obsecratio seu obtestatio per sacra, nempe per Dei misericordiam, per Christum ejulve merita, rationem &c: est enim vera petitio, superaddens dumtaxat causas concedendi, quod petitur.

Hæc petitio, quatenus in mente ablectitur, vocatur oratio mentalis: quatenus verò exterius per voces exprimitur, vocalis. De priori est difficultas, an consistat in actu intellectus, an voluntatis. Et quidè D. Thomas q. 83. art. 1. (quæ sequuntur omnes Thomista, & præter eos Lessius c. 37. lib. 2. Wiggers Tr. 8. c. 2. dub. 3. & alii) censet orationem mentalem consistere in actu intellectus, qui sit locutio practica, quâ homo Deo exponit suum desiderium, eumque conatur inducere, ut illud compleat.

Sed verius est, eam importare actum voluntatis, ut post Silensium docet Medina, apud Suarez l. 1. de Orat. c. 3. n. 2. & consentiunt omnes, qui asserunt imperium pertinere ad voluntatem: habet enim se oratio ad superiorum, sicut imperium ad inferiorem. Consonat etiam illud Psalmi 9. Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Et Augustinus ser. 230. de tempore, ubi dicit orationem esse invisibile desiderium. Idem, seu potius alius Auctor apud ipsum, l. de spiritu & anima c. 50. ait: Oratio est mentis devotio, id est, conversio in Deum per pium & humilem affectum. Denique idem habet Augustinus in illud Psalmi 37. Domine ante te omne desiderium meum, dicens: Ipsum desiderium tuum oratio tua est, & si continuum desiderium, continua oratio. Ratio est, quia interna oratio est quædam petitio, quæ explicatur per hæc, aut similia verba: Peto, ut hoc mihi præstes: petitio autem interna est ipsum desiderium voluntatis, quo cupio, ut hoc beneficium mihi præstetur, meæque voluntati in hoc satisfiat, & per præfata verba illud ipsum desiderium explico. Consistit itaque oratio formaliter in desiderio directo in Deum, non qualicumque; sed quo intendimus ipsum inclinare ad præstandam res desideratam.

Nec obstat, quod vocalis oratio sit locutio: hoc enim non habet ex ratione orationis, sed ex ratione signi vocalis, quod necessarium est locutio, quæ est signum internæ orationis sive desiderii, prout etiam assumi posset scriptura vel aliud signum externum. Estque hoc inter homines necessarium; eò quod interna petitio, nequeat aliter innoscere. Dum autem oramus Deum, nequidè intellectus interna locutio requiritur; sed tantum ordinat seu tendentia voluntatis & desiderii statim explicati, quæ improprie locutio dicitur. Ordinariè tamen in nobis solent comitari verba mentalia, quæ formamus concipiendo voces in idiomate nobis noto, quas proferremus, si ore fieret oratio: quæ tamen accidenter se habent ad essen-

tiam orationis; deoq; illis absentibus (prout abunt in angelis, & abesse possunt in nobis, etiam naturaliter, ut fatetur Suarez l. 1. de Orat. c. 4. n. 8.) adhuc esse vera oratio, prout idem Suarez admittit; qui tamen cum aliis orationem in actu intellectus constituit.

Oratio vocalis, alia est publica, alia privata. Hæc dicitur, quâ quisque propria auctoritate offert. Illa, quæ auctoritate & nomine Ecclesiæ offertur; addunt aliqui (sed questio est de voce) per ministros ab ipsa deputatos, eâ intentione, ut munus suum expleat.

Ex dictis colligitur omnem orationem esse actum religionis; utpote divinæ excellentiæ nostræque subjectionis saltem implicitè testativam. Potest quidem à virtute spei vel alia immediate imperari; sed tunc etiam implicitè redundat in cultum Dei, quatenus apta est in signum divinæ excellentiæ nostræque subjectionis aslumi, uti genuflexio coram Deo facta & à sola charitate imperata. Vide dicta num. 3.

Ad ultimam quæstionis partem Respondet, oratione esse ad salutem necessariam, adeoque præceptam. Est certum apud omnes. Patet ex Scriptura, quæ idcirco, prout intellexerunt omnes Patres & Doctores, tam crebrè & sollicitè orationem inquit, quod non faceret, si tantum foret res cõsili. Unde Ecclesi. 18. dicitur: Non impediaris orare semper, q. d. Nõ sic te occupes aliis negotiis, ut à tam necessariâ orationis exercitio impediaris. Et Luca 18. Oportet semper orare, & non deficere. Ad quæ verba Chrysostomus Tom. 1. Sermon. de Moysè ait: Dum oportet dicit, necessitatem inducit, & 1. ad Thessal. 5. Sine intermissione orate. Et alibi.

Sumitur hæc necessitas ex auxilio Dei juxta fidem nobis necessario ad operandam salutem & vitanda peccata: quod auxilium Deus passim non decrevit conferre, nisi precantibus, ut nimirum recognoscamus, à quibus nobis omnia bona proveniant, eique gratias agamus. Unde Christus adeo instanter inculcat. Matth. 7. Petite, & dabitur vobis, querite & invenietis, pulsate & aperietur vobis &c.

Quapropter in Tractatu de Gratia ostenditur, ne justos quidè semper habere auxilium proxime sufficiens ad impendenda mandata & perseverandum in iustitia. Propter quod Trid. sess. 6. c. 11. ex Augustino de natura & grat. c. 43. ait: Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possit, & petere quod non possit &c. Similia habet Augustinus alibi, signanter lib. de gratia & libero arbitrio c. 16. ait: Jubet aliqua, quæ non possumus, ut noverimus, quid ab illo petere debeamus. Et Innocentius 1. in epistola ad Concilium Carthaginense dicit, non posse à nobis vinci tentationes; nisi magnis precibus gratia Dei in nos implorata descendat.

Notant tamen Varii Doctores, aliis contradicentibus, oratione eatenus solum cadere sub præcepto, quatenus præceptus est finis, ad quem est mediū necessarium: hanc etiam & non

13. Secundum quam importat actum voluntatis.

Quod suadet tum auctoritas.

Sum ratio.

14. Neque oratio vocalis ex ratione orationis, sed signi vocalis, est locutio.

Actus intellectus ad orationem se habent eò comitantur aut præsupponunt.

15. Oratio vocalis alia publica, alia privata.

16. Quævis oratio formalis sive vocalis actus est religionis.

17. Oratio est ad salutem necessaria & præcepta.

Necessitate hæc in divinis auxiliis, utique ad salutem necessariam, fundata.

Unde oratio non ratione sui, sed ratione finis, sicut per eam est

inendi ob- & non aliam, necessitatem scriptura aliq; ligat au- & auctoritates indicat. Unde perinde est, mentalis sit oratio, vel mentali jungatur vocalis. Præterea omittendo orationem solum committitur peccatum contra præceptum obligans ad finem: v. g. si oratio sit necessaria ad servandam castitatem, omittens peccabit contra castitatem: si ad liberandum proximum à periculo, contra charitatem proximi &c. Quare non est distincta malitia omisssæ orationis, & peccati, cujus periculo se exponit, qui orationem omittit. Proinde necessitas ejus est determinanda ex necessitate finis & auxilii divini juxta occurrentiam temporis. Sic est obligatio orandi in evidenti discrimine mortis, præsertim dum quis est in malo statu: in vehementi tentione, quam existimat quis se aliter non posse superare: item in magno reipublicæ aut proximi periculo, quod non nisi orationis præsidio videatur posse avergi. Idem est juxta *Medina, Lessium c. 37. dub. 3.* & alios, quando peccatori incumbit necessitas se disponendi ad gratiam, v. g. in susceptione vel administratione sacramenti.

19. Extra hos & similes casus frequenter obligamur orare; aded ut juxta Doctores satis communiter nequeat intermitteri ad longum tempus, v. g. ad mensem, prout cenet *Silvester, Angelus, Aronius, Maldenus* apud *Wiggers cap. 2. dub. 5.* Immo considerata orationis magna necessitate ad vitam & salutem, & tam vehementi inculcatione orationis cõtinuæ, quam facit scriptura, existimat *Wiggers supra*, ne quidem ad octo dies posse intermitteri.

20. Oratio competit soli creature ratione utenti, quæ agnoscit superiorem aut benefactorem, à quo sibi vel aliis aliquid boni expectare possit. Ita *D. Thomas q. 83. art. 10.* & alii communiter est que per se satis manifestum: cum oratio sit petitiõ rationalis ad superiorem directã ad aliquid imperandum.

21. Hinc sequitur I. Nullam personam divinam, quæ talem, posse orare; utpote quæ superiorem non habet. Dixi, quæ talem quia Christus quæ homo, uti sæpius in hac vita, ita quoque in cælis interpellat pro nobis, ut ex Apostolo *ad Rom. 8. ad Hebr. 7.* & *1. Joan. 2.* contra *Vasquez* dicemus *dist. 2. de Incarn. num. 51.*

22. Sequitur II. Damnatis oratione proprie non cõvenire: quippe qui pio affectu, à quo oratio imperetur, carent, nihilque boni à Deo expectant. Possunt tamè aliqua à Deo petere: uti demon *Job 1. c. 2.* petivit posse tentare *Job*.

23. Sequitur III. Angelos animalque beatas pro nobis orare, ut patet ex sensu & praxi *Herinc: Sum. Theol. Pars III.*

Ecclesiæ rogans sanctos, ut intercedant & orent pro nobis. Non possunt tamen efficaciter à Deo pro nobis postulare, quod sciunt Deum nobis non daturum, propter summam suam voluntatem cum divina conformitatem. Inefficaciter autem pro quovis modo bono orare possunt; prout Christus pro salute omnium, etiam reproborum, quàm probe norat non futuram, rogavit. Sibi quoque possunt animam beatam rogare corporum resurrectionem, & alia ad gloriam suam & beatitudinem accidentalem pertinens: factus est de beatitudine essentiali, utpote à primo glorificationis instanti integrè possessa.

Sequitur IV. Viatores, etiam peccatores, posse orare. Et quamquam oratio peccatoris nihil de condigno apud Deum valeat, de congruo tamen valere potest. Similiter animæ in purgatorio orât, tum pro se, tum pro nobis. Et quidem satis certum videtur (quidquid hoc in dubium revocet *Poncius dist. 60. n. 18.*) ipsas pro se rogare, ut à pœnis solvantur per media ordinata, v. g. sacrificia, preces, jejunia & alia pia opera, pluribus historiarum id ipsum testantibus. Quod autem etiam orent pro nobis, docent *Bellarminus, Medina* & alii apud *Castro Palao de Orat. dist. 1. punct. 5. n. 8.* contra *D. Thomam, Alenssem, Navarrum* apud eundem *num. 7.* Ratio est: quia nihil impedit, quò minus id præsent: aliunde autem ex eodè charitatis affectu, ex quo in hac vita pro salute suorum fuerunt sollicitæ, ad illud impelluntur: sciuntque id esse Deo gratissimum. Nos tamen eos non oramus. Tum quia ordinariè nostras preces non audiunt, sicut sancti in cælo, tum quia illi magis indigent auxilio nostro, quàm nos illorum.

Dico II. Orandum est pro omnibus, qui non sunt in termino, etiam pro inimicis. Nam omnibus salutem desiderare, & quantum commode possumus, procurare oportet ex charitate. Est autem conclusio intelligenda hoc sensu. In primis, quòd nemo sit, pro quo non sit laudabile in speciali orare: nullius enim salus desperanda: quamquam non sit obligatio, nisi in gravi vel extrema proximi necessitate; quando oratio prudenter præsumitur profutura, & non occurrat aliud subveniendi medium. Secundò, quòd sit laudabile (non tamen præceptum juxta *Lessium c. 37. dub. 7.*) orare pro omnibus in genere, ut Deus omnes illuminet & ad salutem perducat, quantum patitur ratio divinæ providentiæ. Sic monet Apostolus *1. ad Timoth. 2.* *Fieri obsecrationes pro omnibus hominibus.* Denique quòd sit præceptum pro omnibus orandi, quatenus ab oratione cõmuni nemo potest excludi, etsi inimicus, dicendo v. g. dimitte nobis debita nostra, præterquam meo inimico: hoc enim graviter repugnat charitati, præterquam loquendo, ratione *quæst. 6.*

Dixi, qui non sunt in termino: pro damnatis

Et cum Angelis tum animabus.

24. Et viatoribus quibuscumque, etiam peccatoribus.

Atque animabus in purgatorio existentibus.

25. Pro omnibus, etiam inimicis, est orandum: laudabiliter quidem pro quo vis in particulari.

Vel pro omnibus in generali.

Obligatoriè autem sic, ut nemo ab oratione excludatur.

natis enim non potest orari: similiter nec pro certò beatis: quamvis sicut hi petunt resurrectionem corporum & gloriam accidentalem; sic & nos possumus illa pro eis petere. Unde in sacrificio M^æ oramus, ut illud proficiat & beatis ad honorem.

26. In oratione petenda supra deest.

Et quidem qua ad salutem pertinent, absolve: in differentia autem sub conditione, saltem tacita.

Dico III. Petenda sunt decencia in oratione absolute quidem ea, quæ continentur in oratione Dominica (cujus explicatio videatur apud Alios) & quæ ad salutem nostram spirituales pertinent, et apud omnes est indubitata: indifferentia autem v.g. divitiarum, honores, diuturna vita, opulenta matrimonia, & similia, sub conditione explicita vel implicita, si videlicet nobis sint salutaria. Ignoramus enim, utrum hæc non sint potius nobis futura exitio, ut sæpè contingit, adeoque petenda sunt sub tacita saltem conditione, ne illa salutem præferre videamur. Unde qui sic ea desideraret, ut nos curaret, an sint profutura, an obfutura salutem, graviter peccaret: concerneretur enim plus amare illa, quam salutem. Si verò sperans & supponens non nocitura salutem, simpliciter & absolute eam peteret, adhuc peccaret juxta Suarez l. 1. de Orat. c. 23. n. 5. qui tamen non audet asserere peccaturum graviter. Nihilominus Lessius & Bonacina talem à peccato excusant, dum abest immoderatum desiderium & sollicitudo: tunc enim petitio ista nec est mala ex parte rei postulata, nec ex parte modi petendi. Immo in præparatione animi hujusmodi petentis latet quædam conditio, quatenus non peteret, si sciret fore noxia.

27. Mala autem culpa, etiam venialis, minimè circa gravem Dei injuriam. Secus est in malis temporalibus.

Secus si sinister affectus.

Si petatur in oratione mala culpa, vel quæ sine culpa fieri non possunt, est peccatum; & quidem juxta Suarez sup. n. 4. semper grave, etsi id, quod petitur, sit tantum culpa levis: idque ob gravem injuriam in Deum, qui sic innuitur auctor peccati. Si verò sint mala temporalia, v.g. mors, morbus, infamia, egestas &c. licitum est petere, tum sibi, tum aliis, ob bonum finem, ut patet frequentè exemplo Psalmistæ & aliorum Sanctorum. Videndum tamè, ut bonum intentum præponderet prudenter magis optato: utque, dum proximo similia desiderantur, studiosè præcindatur sinister affectus, qui facile se immiscet; adeoque non fiat similis oratio, nisi evidenter constet de utilitate, vel potius necessitate majoris boni, vel saltem non sine expressa conditione (ut inquit Suarez sup. c. 19. n. 5.) scilicet si ita expediat ad majus bonum.

28. An & quædo oratio habeat infallibilem effectum.

Petes II. An oratio habeat infallibilem efficaciam? Resp. cum communi sententia affirmative. Fundatur in promissione Christi Matth. 7. Petite & dabitur vobis, Item Joan. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ut tamè oratio infallibilem sortiatur effectum, requiritur, ut per eam petatur id, quod oportet, & eà ratione & modo, quo decet. Quis autem sit ille modus, variant Doctores. D. Thomas q. 83. art. 15. quatuor ad eum requiritur conditiones. Pri-

ma est, ut orans petat necessaria vel utilia ad salutem. Secunda, ut petat id, cum fide, spe & charitate. Tertia, ut perseveranter. Quarta, ut pro se ipsius petat. Sed quia difficile est explicare, qualiter hæc ipsæ conditiones sint intelligendæ (de quibus interim videri potest Castro Palao sup. punto 7.) hinc melius videtur dici, orationem esse efficacem, quando id, quod orans humiliter, devotè & instanter petit, secundum divine providentiæ leges hic & nunc, aut pro tempore, pro quo petit, eidem expedit.

Petes II. An oratio facta pro multis æquè valeat singulis, ac si pro singulis in speciali tantum funderetur? Resp. Neg. cum Suarez l. 1. de Orat. c. 27. n. 6. Ratio est: quia licet efficacia orationis ultimate funderetur in divini promissione & liberalitate, tamen etiam attenditur moralis valor ipsius orationis: ut vel ex eo patet, quod fervida oratio sit melior & plus valeat tepida: dum autem funditur pro multis, valor ille moralis ita dispersus & multis applicatus, respectu singulorum minor est, quam si singulis in speciali appropriaretur; ideoque minorem habet proportionem ad singula beneficia, per orationem pro pluribus postulata, quam ad unum vel pauciora, pro uno dumtaxat impetranda.

Petes III. Qualis intentio & affectio ad orationem requiritur? Procedit autem quæstio de oratione locali. Ad quam requiritur formalem vel virtualemente seu implicitam intentionem orandi seu Deum colendi, satis patet: utpote sine qua oratio nequit esse actus religiosus. Attentio autem alia est superficialis ad verba; alia ad sensum verborum sive litteralem sive mysticum; alia denique ad finem orationis, videlicet Deum, vel ad rem, pro qua oratur. Et hanc postremam habere possunt etiam idiotæ, cùm idiotæ non intelligant, ut præclare explicat Titelmans in illud Psalmi 46. Psallite sapienter.

Porrò in omni oratione, etiam libera, seu non præcepta, jure divino naturali requiritur interna attentio & reverentia, juxta omnes Doctores: si enim loquens cum aliquo principe debet attendere ad eum, quæ dicit, & interire cum aliis non miscere sermones, quanto magis loquens cum Deo? Indecens enim est valde (inquit D. Bonaventura de perfectione vita c. 5.) ut quis cum Deo loquatur ore, & aliud meditetur corde. Vide etiam Cyprianum l. de Orat. Dom. Unde voluntaria distractio in oratione semper est aliquod peccatum: veniale quidem, si oratio sit libera, vel saltem sub veniali tantum præcepta: mortale autem, si sit jure divino præcepta sub mortali. Quid autem dicendum sit de distractione in oratione humano dumtaxat jure præcepta dicitur disp. seq. quest. 4.

DISPUTATIO SECUNDA.

De Horis Canonicis.

QUESTIO I.

Quid & Quotuplex Hora Canonica? Item qui & qualiter ad eas obligentur?

1. Quid hora canonica.



HORA Canonica (quæ etiam officium Divinum aut Ecclesiasticum solent appellari) sunt preces & laudes quædam vocales, quæ ex præscripto canonum seu Ecclesiæ dicuntur seu canuntur quotidie definitis horis. Quæ precandi formula est pia & salutaris, ut fides docet, & cuilibet insipienti clarè patet, ut insanos se ostendant Hæretici, illam impiè irritantes. Et quidem ab ipso Ecclesiæ exordio fuit aliqua communis precandi forma, etsi nõ tam completa, quàm nunc, in qua etiam similis ferè servabatur temporum distinctio. Vide Bellarm. tom. 3. l. 1. de bonis operibus c. 13. Suarez l. 4. c. 1. & c. 6. Hæcquæ ratione Ecclesia quoddammodo semper orat, & ita adimplet, illud Luca 18. Oportet semper orare.

2. Quam laudabiliter instituta.

Etiam ab ipso Ecclesiæ exordio.

3. Sunt numerus septem.

Secundum alios octo.

4. Ad eas infra hominum genera obligantur.

5. Videlicet clerici sacrorum ordinum.

6. Idque potissimum ex consuetudine.

7. Item veniunt quasi ad eorum præscriptum.

Ita ad chorum professis, pauci dubitent, vel contrarium teneant, inter quos novissimè Petrus Marchant & Caramuel. Quæ tamen sententia fuit à Magistro Sacri Palatii correctæ apud Emanuelum Saë in editione Romana, & acriter impugnatur à Diana P. 6. Tract. 8. Resol. 12. & aliis recentioribus. Sanè, cum jura etiam non sint clara de diaconis & subdiaconis, simili ratione liceret horum obligationem negare, aut in dubium revocare. De beneficiariis denique colligi solet ex antiquis juribus: patetque clarissimè ex Conc. Lateran. sub Leone 10. sess. 9. §. statimur.

Et beneficiariis.

Quod ad clericos Minorum Ordinum spectat, etsi valdè congruum sit, ut amplius ceteris se mancipent divinis servitiis, simpliciter tamen exempti sunt ab horum canonicis: immo etiam ab officio parvo B. Virginis, septem Psalmis & Cantico graduum. An autem tonsurati obligentur, saltem ad quotidie recitandum Psalmum Misereere dubium est, quantum ad obligationem venialem. Videtur tamen consuetudo legendi (quæ generalis dicitur) solum esse consilii, nec per modum legis introducta. Ita Lessius, Wiggers & alii.

4. Secus est de clericis minorum ordinum. Etiam quoad officium parvum B. Virginis, Et consuetudo quoad Psalmum Misereere.

Obligatio legendi horas incipit in ordinatis & professis statim à die suscepti ordinis, aut factæ professionis: hæc ipsa tamen die solum tenentur recitare officium juxta tempus, seu horam, in qua suscipiunt ordinem aut emittunt professionem. Idem est cum proportione de beneficiario, quod scilicet simili modo teneatur à die & hora, saltem capte pacificæ possessionis. Immo, si quis jam ante obligationem contractam totum istius diei officium persolvisset, deberet juxta Bonacina repetere partem respondentem tempori, quæ cepit obligatione: quod etsi valdè fundatum videatur, vereor tamen consuetudine non esse receptum.

5. Incipit dicta obligatio in ordinatis & professis ab instanti suscepti ordinis vel factæ professionis. Et in beneficiariis ab instanti pacificæ possessionis.

Professi ad chorum eximuntur à sua obligatione, si sint ejecti ex monasterio (nisi sint in sacris aut aliunde obligentur) utpote per sententiam remoti à statu, in quo erat consuetudo obligas, & translati ad statum, in quo non reperitur ista obligatio aut consuetudo. Ita Bonacina & alii contra Navarrum & Malderum, quos citat & sequitur Wiggers c. 2. d. 11. Immo Bonacina idem putat de fugitivo: sed contradicit Lessius, Suarez & à fortiori alii mox citati. Idem est, si deputatus ad chorum transferatur ad statum laicorum: remouetur enim à statu, in quo est obligatio consuetudinalis, ad statum, in quo non est. Idem denique est de

6. Ab ea liberatur religiosus ejectus.

7. Quid de fugitivo & quibusdam aliis.

recitandum esse ex præcepto, etiam privatim, in die animarum, ut habet communis Doctorum sensus, & praxis: quia est pars officii proprii istius diei; cui idcirco in Calendario & Martyrologio tribuitur nomen commemorationis defunctorum. Quare, cum de hoc die fit specialis ratio, non censetur officium defunctorum, isto die recitandum, comprehendi generali abrogatione facta per bullam Pij V. quæ solum agit de diebus in rubricis præfinitis, quibus per annum recitandum est, de quibus etiam solum agitur in propria rubrica præfixa officio defunctorum circa finem breviarii, in qua nulla fit mentio diei animarum.

tionem. Equidem Bonacina sup. n. 21. hoc non apparet grave, ob parvitatem materiæ.

QUÆSTIO III.

Quo Ordine, tempore & Loco, Quæ voce & habitu sint Hora Canonica recitanda

ORDO in recitatione divini officii servandus est duplex. Primus est ordo Calendarii, juxta quem quotidie recitandum est officium, occurrit, ut patet ex præscripto Ecclesiæ. Ubi in primis graviter peccatur, dum dedita operâ legitur aliud officium notabiliter brevius; alioquin citra peccatum mortale posset quotidie recitari officium Paschæ; quod communi Doctorum judicio est absurdum.

18. Cuique diei ex præscripto Ecclesiæ solum respondet officium; in notabiliter brevius sine gravi peccato non commutabile.

Secundò, si officium occurrens scienter commutetur in aliud quasi æquivalens, Marchant & plures alii censent non improbabiler esse grave peccatum: eò quod nõ satisfaciatur substantiæ præcepti, quod est de hoc individuo officio; officium enim alterius diei non est ab Ecclesiâ pro hoc die institutum aut præscriptum. Quare juxta hanc sententiam repetendum esset, etiam si error bonâ fide fuisset commissus. Probabilis tamen est sententia asserens non esse mortale, immo, si adit iusta causa, nullû peccatum; tum propter auctoritatem Suarez, Valquez & plurimorum aliorum Doctorum, tum quia videri potest satisfactum esse substantiæ & fini principali præcepti, circumstantiâq; ommissa non esse adeò gravis, saltem in officio privato. Unde juxta hanc sententiam, qui sic recitasset, præsertim ex rationabili causa, vel bona fide, nihil repetere deberet: sed, si officium foret notabiliter brevius, illud compensare, v. g. legendo novem psalmos ex primo nocturno dominicæ, in qua recitatum esset matutinum de festo. Si lectis vig. matutinis advertatur error, potest pergere in proprio diei officio, quoad reliquas horas.

19. Immo juxta varios nequidem in quasi æquivalentibus.

Aliis quoad hoc probabiliter contradicentibus.

Petes II. An satisfaciatur præcepto legendi horas, qui eas lingua Hebraicâ, Græcâ aut alia vulgari privatim recitat? Resp. Aff. cum Bonacina de horis canonicis disp. 1. q. 3. p. 1. n. 15. Ratio est: quia talis implet præceptum quoad substantiam; etsi, seclusâ justâ & rationabili causa, peccet graviter, ob usitatum ecclesiæ morem & ritum non servatum, quæ pro parvipèdere & particulari suæ devotioni postponere convincitur. Quod à fortiori locum habet, si id publicè faciat. Superpositâ tamen justâ aliquâ & rationabili causâ, talem etiam à gravi peccato liberat. Bassaus sup. n. 3.

Petes III. An qui aliquid addit vel demittit officio canonico peccet? Resp. Aff. ut patet ex bullâ Pij V. breviarii præfixâ, omnè additionem & diminutionem prohibentis. Quod quidem de diminutione per se clarû est. De additione vero id tali intelligendû est, quâ aliquid addatur tamquam pars officii divini. Alias enim satis patet ex usu cõmunis posse aliquid addi ad majorem solemnitatem, prout inter unum & alterum versum subinde additur cantus musicus. Si autem aliquid, etiam minimum, tamquam pars addatur divino officio, eo animo, ut in perpetuum duret, mortale esse censet Suarez, Castro Palao (quem malè Bassaus sup. n. 16. citat pro opposita sententia) & alii, eò quod videatur grave, aliquid ritui Ecclesiæ in perpetuum addere, tum ob usurpatam jurisdictionem, tum ob novi quasi ritus indu-

20. Si ex errore præfixus in recitatione præcipientis, eo occurrente idem demittitur officium, recitandum.

21. Ordo horarum inter se non obligat graviter, ideoq; facile iusta subest eum invertendi causa, iuxta

defuncto- rum in die animarum est illud esse recitandum.

15. Idem est de Litanis in festo sancti Marci & triduo rogationû.

Qualiter ad prædicta obligantur non utentes breviario Romano ex consuetudine petendum est.

16. Horas aliâ quam latinâ lingua recitans satisfaciatur, etsi omni culpa non careat, nisi saltem iuxta causâ excusetur.

17. Præceptum est divino officio aliquid demere vel per modum partis addere.

An excusetur brevis majori tamquam per se addatur.

justa causa horas transponendi. Sic si quis ab amico vel superiore invitetur ad recitandum primam, cum deinde recitaverit matutinum, potest hoc postea recitare: sicut etiam accedens ad chorum potest cum choro pergere & horas necesse lectas vel ex oblivione dilatas postea supplere. Idem est de partibus ejusdem horæ. Unde si quis intrans chorum, aut in ipso choro aliquod culpabiliter vel inculpabiliter omit- tens, non debet illud, durante officio in choro, repetere: sed potius post expletum officium id repetat, vel si pars sit exigua, & parva nullam illius rationem habeat: actio enim totius chori moraliter una cen- setur istud pauculum supplere, neque Ec- clesia tam strictè obligare ad id, quod mor- taliter nihil censetur, per soluta de cetero officii substantiâ. Similiter potest in le- ctione privata pergere, qui in choro recitan- dum advertit se aliquid omisisse, & postea omisissum supplere.

Qua varia- tum pro pri- vata: tum pro publica recitatione assuatur.

22. Tempus le- gendis horis proximum est à media nocte in me- dia noctem.

Exceptio ma- ximo cum laudibus pridie ad vespeream recitari so- lit.

Immo jux- ta aliquos ab hora se- cunda: sed infundatè.

Prius tamè omnibus officii ab- solutè.

23. Nihil horarum dilatio vel anticipatio est leviter peccaminosa.

Qua tem- pora singulis horis correspondenti.

Non sunt necessariò servanda,

etiam in officio publico, quod dicitur canonicis. Alioquin iuxta plurimos Doctores posset in officio publico gra- viter peccari v.g. si completorium caneretur manè. Quod equidem Varro negant, seculo scâdalo, eò quòd circumstantia ista temporis non videatur tanti momenti. Sæltè in officio privato facilius datur causa excusans mutationem temporis, v.g. anticipationem parvarum horarum ob studium, iter, visitationem infirmorum, sequutura impedimenta &c.

Potes, an, qui ratione infirmis, alteriusve legitimi impedimenti, nequit aliquam horam canonicam tempore debito v.g. vesperas post, & alias horas ante, meridiem recitare, teneatur prævenire, aut vesperi omnes legere? Pro negativa sententiâ citat Diana p. 4. Tr. 4. Resol. 10. Carum, Henriquez & alios. Sed opposita, tamquam communis & vera, est tenentia. Licet enim talis præceptum legendi horas implere nequeat quoad temporis istius circumstantiam, potest tamen, adeoquod debet, quoad substantiam: quod utique pro qualibet diei parte currit, si in alia non impleatur.

Locus ad recitandum horas privatim sufficit quicumque decet, ubi non impediatur attentio. At officium publicum dicendum est in Ecclesia, idque ex stricto præcepto, quod concernit Ecclesias Cathedralis, Collegiatis & Regulares. Patet ex recepta & universali consuetudine. Unde Clem. 1. de celebrat. Miss. mandatur superioribus, quatenus curent in privatis Ecclesiis plalli horis debitum. Ecclesiarum Parochialium & capellarum obligatio ex usu & consuetudine singularum est dijudicanda.

Ad officium autem publicum recitandum comparere debent beneficiarii choro deputati iuxta institutionem beneficiorum & consuetudinem (nisi aliud cogat necessitas) beneficiarii enim datur propter istud officium. Estque juxta Suarez & plurimos alios contra Reginaldum & alios gravis obligatio, ut ultra trimestre, annuè permittitur, se absentantes à choro notabili tempore graviter peccent. Quantum autem tempus absentatur notabile non satis constat. Suarez sententia vix unum diem audeat mortali exulare: quod tamen nimis rigorosum videtur: ideoque Bonacina & alii etiam tres vel quatuor dies à mortali exculant.

Religiosi tamen singuli non sunt adeò strictè ad chorum obligati, dummodo superior invigilet, ut officium publicum debite perfolvatur: qui tamen non facile admittende debet absentationes, præsertim frequentes. Singuli quoque religiosi in defectum aliorum debent providere, ut officium debite peragatur. De cetero debent attendi statuta & consuetudines cujusque religionis. An autem per solos novitios obliga-

etiam in officio publico, quod dicitur canonicis. Alioquin iuxta plurimos Doctores posset in officio publico gra- viter peccari v.g. si completorium caneretur manè. Quod equidem Varro negant, seculo scâdalo, eò quòd circumstantia ista temporis non videatur tanti momenti. Sæltè in officio privato facilius datur causa excusans mutationem temporis, v.g. anticipationem parvarum horarum ob studium, iter, visitationem infirmorum, sequutura impedimenta &c.

24. Impedi- tum privatis horis ante meridiem recitari.

25. Recitationem privatam esse quicquam de consuetudine Ecclesie.

26. Ad quam comparari debent beneficiarii iuxta institutionem beneficiorum & consuetudinem.

27. Scitis est de singulis religionibus particulatè.

An per solos novitios huic obligationi satisfieri possit. Et quidem pars affirmativa est satis probabilis: sed quod novitii, uti privilegii professorum gauderent, ita quae eorumdem onera perolvere posse videntur: quamquam ad illa non teneantur.

28. Vox recitantis horas debet esse intelligibilis, seu audibilis per se, & sepositi impedimentis juxta Doctores communiter precipitur enim oratio vocalis, qualis non est, nisi ex allisione aëris ad labia & dentes formetur verus sonus: hic autem debet esse per se audibilis, sive abstante, sive ab ipso saltem pronuntiante. Filucius tamen pro scrupulosi (qui etiam in manifestis sunt anxii) probabilem reputat sententiam Azorii, docentis sufficere, ut formetur vox movendo labia, etsi à nemine, etiam ipso recitante, percipi possit.

29. Habitus corporis decet assumi magis congruentem reverentiae & attentioni: potest tamen satisfieri obligationi, sive stendendo, sive stando, sive sedendo sive ambulando recitatur horae. Immo nequidem est obligatio standi aut stendendo; ubi ceremoniae id praescribunt, quae non videntur in rigore obligationis positae aut receptae: sed tantum gratia majoris devotionis & solemnitatis.

QUESTIO IV.

De Studio & Devotione in Recitatione Horarum Requisitis.

30. INNOCENTIUS III. c. Dolentes, de Celebrat. Miss. in virtute obedientiae praecipit, ut deinum officium studiosè celebretur pariter & devotè. Quae obligatio juxta Doctores etiam afficit officium privatim recitantes. Porro ut studiosè celebretur, requiritur, ut celebretur integrè, & inter partes ejusdem horae non fiat interruptio. Ad integritatem requiritur primò ut non fiat syncopa, id est, ut non omitantur verba. Secundo, ut non fiat mutilatio syllabarum. Synopatio, si enormis sit est peccatum mortale, praesertim in officio publico: mutilatio syllabarum, praesertim ultimum, non tam facile est mortalis. Immo secundum Lessium & alios, etsi notabilis sit, tantum est venialis, aut, si involuntaria sit, nullum peccatum est: eò quod non violetur praecipuum in re gravi, cum maneat integra precum substantia, sensusque & significatio verborum perseveret. Quod quidem admitti potest, ordinariè loquendo, saltem quando mutilatio sit circa ultimam syllabam. Ad syncopationem & mutilationem quoque spectat, si in officio, choraliter recitando, pars una suum verbum incipiat, antequam altera suum finiverit. Integritati tamen non obstat, quòd offi-

cium, sciam extra chorum, recitetur alter-natim cum socio, prout declarat praxis Ecclesiae: adeò ut non sit curandum, etiam si alter ad horas non sit obligatus, vel etsi sit distractus. Quòd si sint plures duobus, non potest unus legere primum verbum, secundus secundum & tertius tertium: sed juxta usum & praxim Ecclesiae, duplici dumtaxat inter eos facto choro, alterutrum recitare debent. Perinde autem est, si plures sint ex una parte, sive pauciores. Hic modus etiam applicari potest ad ea, quae ex voto vel poenitentia sunt legenda.

Præterea probabilius satisfacit, qui attentè audiens, quae ab alia chori parte recitantur, submisè recitat suam partem. Hæc enim simpliciter legit, & quamvis eam sociis non communicet, socii tamen communicant ei partem suam. Non posse tamen talis percipere distributiones, saltem integras, (Suarez, Bonacina, & alii assignant medietatem pro sola praesentia in choro) nisi fundatio, privilegium, vel praescripta consuetudo canonicis ad solam praesentiam obliget pro obtinendis distributionibus, & officium dici debet solum per vicarios.

Ecce si quis, partem suam altè & distinctè recitans, non percipiat, quantumvis conetur, partem, quam socius vel pars altera chori legit, censet Saa V. Hora Canonica n. 9. talem satisfacere nihilque esse supplendum: sed hoc in rigore est fallum: nam talis non magis cum aliis communicat, quam surdus, qui omnino censendus est non satisfacere (quidquid Bassus oppositum censet non improbabile post alios, quos citat V. Hora Canonica n. 13.) utpote nullatenus particeps communicationis choralis, veluti per auditum faciendae: equidem monet Layman l. 4. Tr. 1. c. 5. n. 8. non esse scrupulosè repetenda, si quaedam minoris momenti non distinctè percipiuntur.

Hinc, quae suppleuntur per organa, & instrumenta musica, sunt privatim recitanda: ideoque non incongruè alibi à cantoribus altè voce nomine chori suppleuntur. Si militer impeditus inthurificando, transferendo libros &c. debet supplere, quae nec legit, nec auditur, ut habet usus & opinio communior: etsi Reginaldus, Layman supra n. 7. & alii putent absque hoc satisfacere. Quod saltem verum est quoad obtinendas distributiones.

Interruptio sine causa facta inter partes ejusdem horae tantum est venialis, etsi notabilis sit, ut habet probabilior sententia: quia continuatio videtur tantum quid accidentale & minoris momenti: cum singulae partes habeant suum pondus & significationem, sintque per se quaedam preces seu laudes. Si adfit justa causa, nulla later culpa v.g. praecipuum superioris, vel charitas ad aliquid faciendum, quod commode nequit differri, interponatur brevis & pia

bilominus persolvi observatum cum socio.

Quid agendum, si sint plures duobus.

32. Satis dicit alteri chori partem attentè audire & suam submisè legens.

An & quomodo possit talis recipere distributiones.

33. Partem suam altè recitans, sed oppositè chorum non audiens satisfacere non videtur.

34. Hinc quae suppleuntur per organa, privatim sunt recitanda. Idem est de eo qui staturificator nec audit nec legit.

35. Interruptio etiam notabilis non est nisi venialis.

Et data causa, nullum peccatum.

& pia

31. Possunt ni-

& pia meditatio vel oratio-jaculatoria gratia excitanda devotionis &c.

36. Licitum tamen est privatim separare matutinum à laudibus ut habet communis consuetudo, primæ constitutioni conformis, quæ tamen consuetudo non habet locum in separandis nocturnis, etsi olim probabilius separari solitis: quamquam factis videretur posse fieri interruptio inter illos quam inter partes alterius horæ. Dum autem matutinum eorsim à laudibus legitur, decenter consuevit concludi collecta, sicut parvæ horæ; de quo tamen non extat præceptum aut rubrica. Ita Bonacina contra nonnullos.

37. Petes: An qui interruptit officium animo repetendi jam lecta, satisfaciatur, si postea non repetat, sed solum sequentia adjungat. Resp. conformiter ad dicta in materia de legibus disp. 3. n. 80. probabilius satisfacere, saltem si postea mutet propositum, & jungat cetera: quia, quæ recitavit totum id, ad quod tenebatur.

38. Alterum, quod c. Dolentes præcipitur, erat devotio sive attentio & reverentia. Supposito autem ex dictis disp. præc. n. 31. ad orationem ex præcepto divino graviter obligatoriam, sub mortali requiri attentionem internam, dubium est, an ad orationem ex solo præcepto Ecclesiastico obligantem, videlicet ad horas canonicas prædicta attentio requiratur: Et quidem communior, securior & magis pia opinio asserit requiri, & sufficere aliquam ex iis, quas sup. disp. præc. n. 30. recensuimus: aded ut voluntariè distractus per notabilem partem divini officii obligatorii graviter peccet, & teneatur, per se loquendo, ad repetitionem: immo, juxta plerisque, etiam ad restitutionem fructuum beneficii: quod postremum tamen varii auctores hujus sententiæ non admittunt.

39. Requiritur tamen, ut distractio interna sit perfectè voluntaria, sive quia directè voluta, sive quia voluta interpretativè, dum quis perfectè advertit, non solum, quid cogitet, sed insuper, quod per hoc distrahatur, seu divertatur ab oratione, & tamè negligit cor ad Deum revocare. Quod notandum maxime pro scrupulosis, qui non debent facile quidquam repetere, etsi in fine psalmi vel horæ advertant se fuisse distractos, præsertim cum in repetitionibus eadem imperfectiones subesse soleant. Quæ tamen mente ad Deum revocata tunc pergendum est sine ulla turbatione vel anxietate.

40. Nihilominus censè valdè probabile ab ecclesia non præcipi attentionem internam, sed solum externam, ut scilicet servetur forma orationis & absteineatur ab operibus externis, cum quibus interna attentio nequit consistere, verbaque rectè pronuntientur. Sic Lugo, Cobinck & plures alii, & probabile censent varii auctores oppositæ sententiæ. Ratio est: quia ecclesia non præci-

pit actus internos, qui tantum requiruntur, ut opus externum honestè & virtuosè fiat, prout solum requiritur attentio ad externam veram orationem; et potest quæ non minus sine atceptione in specie sua morali subsistit, quam exhibitio libelli supplicis, sacrificij, absolutio &c. sine attentione facta. Deinde quamdiu potestas ecclesiæ non sufficienter probatur se extendere ad actus illos internos, qui ad externum tantum requiruntur, ut virtuosè fiat, standum est pro libertate. Aliud est de illis actibus, qui sunt absolute necessarii, ut actus externus liberè & humano modo ponatur. Quare sub præceptum lectionis horarum censetur cadere intentio orandi seu Deum colendi: adeoque non satisfacere, qui cum externa devotione materialiter tantum, aut historice vel fictè horas recitaret.

Præterea alioquin mortaliter peccaret, & ad repetitionem teneretur, qui officij partem notabilem legisset cum distractione venialiter culpabili; ut pote qui non possuisset actum orationis. Denique voluntariè distractus in precibus liberis ne quidem venialiter peccaret: non enim esset distractus in vera oratione.

Non obstat I. quod oratio sit essentialiter actus religionis, adeoque honorationis Dei; sit autem potius inhonoratio, dum adest voluntaria distractio. Nam equidem manere potest materialiter & ex objecto actus religionis & honorationis; per talentem autem facile sit inhonorari Deum ratione circumstantiæ vitiolæ, ut patet in sacrificio cum irreverentiâ, etiam exteriori, oblato, quod nihilominus manet actus religionis, etsi formaliter non virtuosus.

Non obstat etiam c. Dolentes, illud enim taxat indevotiones externis sub officio chori, v.g. fabulas &c. præcipiens devotionem, scilicet externam, & à prædictis abstinentiam.

QUESTIO V.

De Causis à Recitatione Horarum Excusantibus.

PRIMò excusat notabilis infirmitas ejusdem periculum, ecclesiæ non volente cum tanto incommodo ad horarum recitationem nos obligare. Secus est de levi infirmitate, v.g. dolore capitis, stomachi, pedoris &c. alias capitis & linguæ operationes non impediens: Facilius tamen excusat infirmitas nõ aded gravis à recitatione publica in choro, quam à privata. In dubio de gravitate morbi, salve periculi standum est iudicio medici: qui si & ipse de eadem dubitet, putat probabiliter Bonacina cum aliis contra Suarez, infirmum excusari; ut pote qui in observantia præcepti Ecclesiastici non tenetur se gravi periculo exponere contra

Potesse separari matutinum à laudibus.

Commodum officij collecta à claudendum.

Interrumpens animo repetendi, satisfaciatur, etsi non repetat lecta.

Ad horas requiritur attentio.

Secundum communio, relictam in mente. Quia deficiente varii contra alios censent faciendam fructuum restitutionem.

Modo distractio sit perfectè voluntaria, quando scilicet voluntarius pro scrupulosis.

Probabile tamen est ex præcepto Ecclesiæ solum requiri externam.

Quæ reprobatur.

Manet equidem honoratio religionis.

Neque contradicit c. Dolentes.

Excusat infirmitas, sed de levi.

In dubio de gravitate quid agendum.

contra benignam Ecclesiam mentem, Securarius tamen est in eo casu dispensationem, ob possessionem, quæ apparet stare pro lege.

43. Eâ excusatus nec per alium, nec per alias preces debet supplere. Si talis nequeat recitare totum officium, secundum multos ad nihil teneatur.

Quando autem quis ratione infirmitatis per seipsam nequit horas persolvere, non debet alium, qui legat, substituere, nec eum voluntariè recitantem audire, neque per alias preces supplere, ut habet constantis omnium Doctrina. Si autem quis præ infirmitate (idem cum proportione est de alio impedimento) nequeat totum officium recitare, dubium est, an teneatur ad partem. Et quidem Varii Doctores, censentes omnes septem horas unico iunctas esse præcepto, talem simpliciter exciunt ab obligatione horarum, etiam partialium, quas persolvere possit, exemplo missæ, ad cuius partem v. g. Evangelium non tenetur, qui totam audire non potest. Sed quia ex hac opinione videtur sequi, eum, qui vespere legere nequit, à toto officio liberum fore, hinc alii censent, eum dumtaxat, qui nequit majorem officii partem recitare, ad nullam teneri, majori parte ad se trahente minorem.

44. Verius tamen ad eas quas commode potest recitare partes.

Verum absolute dicendum est, eum, qui omnes horas persolvere nequit, ad eas saltem teneri, quas commode potest. Quod quidem in sententia Lessii, singulis horis distinctum præceptum assignantis, clarum est: in opposita tamen, quam supra probabiliorrem diximus, etiam locum habet: nam licet præceptum illud sit unicum, tamen materiam divisibilem & seorsim per partes facile persolubilem afficit: ideoque ad eam, quæ independentè ab aliis partibus persolvi potest, obligare censendum est, sicut obligatio mille florenorum fertur in partem, si ad totum se extendere nequeat.

45. Secundò excusat legitima dispensatio, & quis ex parte dare possit.

Secundò excusat legitima dispensatio. Quam saltem ex privilegio dare possunt superiores Ordinis nostri, & ex Regula Annuntiarum potest concedere Mater Ancilla cum consilio discretarum & Prælatorum vel Confessoris. Episcopis verò respectu suorum clericorum & beneficiariorum nulla quoad hoc, per se loquendo, competit potestas: eo quòd præceptum lectionis horarum sit pontificium, in quo Episcopus, per se loquendo, dispensare nequit. Oborto tamen dubio, an clericus hic & nunc ad horas teneatur, potest Episcopus

copus declaratoriam ferre sententiam: imò quidni in casibus frequentioribus interdum occurrentibus possit dispensare, juxta normam in Tract. de Legib. assignatam.

Tertio excusat ignorantia invincibilis obligationis. Unde qui ex oblivione inculpabili horas omittit, non peccat. Quamquam si advertat, id sibi frequenter contingere, dum statim temporibus non persolvit, omni culpa non valet. Quòd si quis dubitet, an recitaverit, ita possessio præcepto. Secus est, si, certus de recitatione, dubitet de psalmo aliquo in hora certò recitata inserto: tunc enim præsumitur psalmus ille cum reliqua materia coherenter esse recitatus, quamquam ob naturalem inadvertentiam, ut sæpe fit, memoriam subterfugiat.

46. Tertio ignorantia invincibilis obligationis. Qui dubitet, an recitaverit, per se loquendo, teneatur.

Quartò excusat metus gravis mali, qui facile contingere possit in locis hæreticorum. Quintò carentia fructuum beneficij. De quo supra in materia de beneficiis. Sextò gravis occupatio & necessaria, quæ sine notabili incommodo proprio aut proximi omitti non potest aut differri. Quotidiano aliquando excusari possent confessorii, concionatores &c. An autem horæ sint anticipandæ vel transacta occupatione omnes legendæ, resolutum est sup. n. 24. Non potest tamen aliquis voluntariè suscipere munus aut officium cum lectione horarum perpetuo impossibile, nisi accedat dispensatio, ut rectè observat Suarez contra Caramuelem docentem, quòd is, qui ex officio sibi legitime injuncto singulis diebus duodecim horis occupatur, ad horas non teneatur.

47. Quartò excusat metus gravis. Quintò carentia fructuum. Sextò gravis occupatio & necessaria.

Denique excusat impotentia, qualis est, si sit lingua impedita ad vocaliter orandum, si quis nequeat habere breviarium, vel si sit cæcus: nisi tamen hi sciant pleraque memoriter, juxta antedicta, aut nisi cæcus possit commode satisfacere legendo cum socio: quævis etiam ab hoc onere cæcum, presertim non beneficiarium, quidam liberent, eò quòd legere cum socio sit privilegium, quo quis non tenetur uti. Immo Bonartius apud Diana P. 4. Tr. 4. Re. sol. 221, quoque beneficiarium eximit, ut & ipse Diana, quamquam socii adhibitionem consulant.

48. Denique excusat impotentia. An cæcus teneatur adhibere socium, si cum eo recitare possit.



DISPUTATIO TERTIA.

De Reverentia debita Festis & Locis Sacris. Item de Decimis Primitiis & Oblationibus.

QUÆSTIO I.

*Quid dies Festi? A quo instituti?
Et quid in iis fieri Præcipiatur?*

1.
*Quid dies
festi & uno
de sic dicti.*

DIES Festi veteribus Romanis erant, in quibus vel sacrificia Diis offerebantur, seu victimæ feriebantur, vel ludi in honorem Deorum instituebantur, vel ferriæ agebantur. Unde quidam festum à feriis, quas olim festas dictas contempserunt, derivant, aliis aliunde ipsum derivantibus. Christianis verò dies illi nuncupantur festi, qui in honorem alicujus Sancti, vel divini mysterii rememorationem ab Ecclesia sunt divino cultui mancipati. Inter illos jure antiquitatis primum locum obtinet dies dominicus ab Apostolis immediate institutus, ut Judæorum sabbato succedat, prout habet communis traditio contra paucos apud *Castro Palao de Obs. Fest. punct. 1. n. 3.* infundatè docentes illum esse jure divino institutum.

2.
*Est in Ec-
clesia pote-
stas eos in-
stituendi.*

Porrò esse in Ecclesia potestatem instituendi festa, est de fide ex perpetuo usu & traditione Ecclesiæ; aded ut non solum *Clemens, Ignatius, Iustinus & alii*, temporibus Apostolorum proximi, sed & ipse *Joannes Apostolus Apoc. 1.* meminerit dici *Dominicæ sui, inquit, in spiritu in Dominica die.* Et *Actor. 20.* *Una autem sabbati* (id est, juxta Patres, prima seu unâ die post sabbatum, quæ est dominica) *cum convenissemus ad frangendum panem.* Similiter ex antiquissimis Patribus apud *Suarez & Fillucium* constat antiquitas veterum Festorum Christi, Deiparæ, & aliorum sanctorum. Quin immo ipsi nostrates hæretici servare coguntur non solum dominicos dies, sed etiam varios alios dies festos, scilicet Nativitatis & Ascensionis Christi. Item feriam secundam Paschæ & Pentecostes, ac diem immediate sequentem Festum Nativitatis: quorum institutio provenit utique ab Ecclesia. Præterea, etsi potestati Ecclesiæ obloquantur, ipsimet tamen similem temerè usurpare conantur, instituendo & rigorosè servari præcipientes dies precum, quibus vacant à servilibus & in suis Synagogis congregantur. Sanè cum lumen naturæ dicter, Deum aliquando esse colendum, rectissimè Ecclesia determinat tempus, alioquin non satis determinatum; prout ipse Deus pro Judæis de-

*Et similem
potestatem
temerè u-
surpantibus.*

terminaverat sabbatum & quædam alia festa, quibus postmodum nonnullæ aliæ solemnitates adjunctæ sunt, ut patet ex *Espher. 8. & 1. Machabæorum. 1.*

Potestas tamen hæc non competit Principibus secularibus: etsi olim Imperatores nonnulla circa festorum observantiam instituisse legantur per Ecclesiæ tolerantiam, quæ tamèn non obligabant independentè ab Ecclesiæ consensu. Competit itaque tum Pontifici respectu totius Ecclesiæ: tum etiam Episcopis respectu suarum dioecesium, ut habet perpetuus Ecclesiæ usus. Debet tamen quoad Episcopos accedere consensus cleri & saltem tacitus populi, juxta c. *Conquestus de Ferris*: etsi, usu multis in locis introducto, sufficiat consensus cleri, & ad festorum abrogationem solius Episcopi voluntas sufficiat.

An autem hæc Episcoporum potestas etiam extendatur ad institutionem festi in honorem Beati nondum canonizati, dubitatur. Affirmat *Suarez & alii*: eò quòd beatificatio in re sit quædam canonizatio; licet minori apparatu celebrata. Negat *Sanchez, & Azorius & alii*, quos citat & sequitur *Diana P. 3. Tract. 5. Resol. 9.* quibus favet praxis, ut apud ipsum *Diana* videre est.

Porrò ad observantiam festi, ab Episcopo cum consensu cleri & populi instituti, tenentur etiam regulares exempti. Secus est, per se loquendo, juxta *Rodriguez & Layman* de festo, ad quod populus se adstrinxit voto per Episcopum approbato: quamvis per accidens propter scandalum possent obligari ad se exterius conformandum.

Quid circa festorum introductionem possit consuetudo, petendum est ex dictis *Tract. de Legibus disp. 3. Quæst. 6.* eatenus enim consuetudo festum introducere potest, quatenus habet vim legis, hæc autem quomodo & quando fiat, ex citato loco lumendum est. Interim videri potest *Bassani in suppl. V. Festum 1. n. 3. & seqq.*

Incipiunt festa à media nocte & terminantur in sequenti media nocte, ut patet ex usu Ecclesiæ Romanæ, quæ teste *Suarez* per totam ferè Europam invaluit, etsi alibi possit esse consuetudo, & c. 1. de *Ferriis & c. 1. de consecrat. dist. 3.* potius dicatur dominicam esse celebrandam à vespere in vespere. Immo congruè institui posset festus dies colendus solum usque ad meridiem.

Præp-

Non compe-
tit illa prin-
cipibus sa-
cularibus:

Sed Pontifi-
ci respectu
totius Ec-
clesiæ & E-
piscopis re-
spectu suarum Dio-
cesum.

4.
Quid hic
possi quæ-
ritur in
instituti-
onem festi in
honorem
sancti non
canonizati.

5.
Ad festum
Episcopale
quædam re-
gulariter re-
solvitur
ligitur etc.

6.
Quid circa
festorum in-
troductionem
valent con-
suetudo, re-
missio.

7.
Durant fe-
sta à media
nocte in me-
diam noctem.

Etsi aliter
per consue-
tudinam
fieri queat.

QUESTIO II.

De Operibus, tum Servilibus, tum Liberalibus, in die Festo prohibitis.

8. Præceptum festorum partim est affirmativum, partim est negativum.

Et contentum solum præcipit auditionem Missæ.

9. Non concionum.

Explicitur Tridentinum.

Ad quam non est quatenus tenentur parochi.

Præceptum festorum, partim est affirmativum, quatenus præcipit aliquid fieri, scilicet Missam audire, de qua in materia de sacrificio Missæ: partim negativum, quatenus aliquid fieri prohibet. De eo ut affirmativo hæc Quest. seq. tracturi.

Præter auditionem Missæ nihil jure divino vel Ecclesiastico præcipitur fieri in die festo, ut patet ex usu & sensu communi fidelium. Unde audiendus non est Pontificus disp. 29. n. 30. docens, quemlibet diebus festis ad actum fidei, spei & charitatis obligari. Similiter Marchan. a nobis relat. & refutatus in materia de sacramentis Tract. 3. disp. 8. n. 223. docens cum, qui Missam non audit in die dominica, teneri Deum speciali aliquo cultu colere.

Cum majori apparentia potest moveri difficultas de concione, de qua Tridentinum sess. 24. c. 4. ait: *moneat Episcopus populum diligenter, unusquemque teneri parochia sua interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei.* Verum non loquitur de rigorosa obligatione juris positivi: tum quia id satis indicant verba, ubi commode id fieri potest; tum quia non determinat tempus & dies audiendi concionem; tum quia Doctores & fideles communiter tempore Tridentini usque nunc rigorosam obligationem istis verbis contineri non intellexerunt. Tum quia ipsum Tridentinum sess. 22. in Decreto de observandis in Missa ad Episcopos, ait: *moncant (nota hoc verbum) populum, ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus dominicis & majoribus festis, accedant.* Tum quia pastores non tenentur rigido præcepto singulis diebus festis concionari, ut patet ex usu: ergo nec populus concioni interesse. Videtur quidem Trident. sess. 5. c. 2. & sess. 24. c. 4. præcipere, ut saltem dominicis & solemnibus diebus festis prædicent; non tamen censentur ad culpam gravem obligare, nisi dilatio sit nimia. Ita Suarez, Bonacina & Alii. Explicat autem Suarez locum Tridentini objectum de obligatione charitatis, quæ quisque tenetur sibi providere de scientia necessaria ad salutem & completionem mandatorum Dei. Nominatur verò parochia, gratiæ exempli ordinarii, eoque quod ubique etiam in pagis sit aliqua parochia, & per se ibi ex officio debeant fieri instructiones.

PER præceptum de colendo die festo, quatenus est negativum, prohibentur fieri opera servilia & nonnulla liberalia, idque sub gravi peccato ex genere suo, nisi excuset levitas materia, ut habet communis sensus Doctorum & Fidelium. Quænam autem censeatur gravis materia, dissentient Doctores. Suarez putat relinquendum juris prudentis, attentâ qualitate operis. Quod si sit valde servile, putat Bonacina, sufficere unam horam: Filiucius duas: Alii adhuc majus tempus statuunt.

Opera autem servilia sunt, fodere, luere, & similia: quæ sic vocantur, quod proprie & per se servis competant. Dicuntur etiam mechanica, quod per artes mechanicas dirigantur. Distinguuntur ab operibus liberalibus, quod hæc non habeant effectum materiale & corporeum, vel si habeant, is principaliter ordinetur ad animum excitandum vel instruendum: mechanica autem respiciant effectus corporeos & in corporis commodum proximè cedentes, v. g. domum, vestimentum &c. Unde labor, diurnitas aut fatigatio non facit opus esse servile, quod alioquin tale non esset; ut patet in studio, oratione, concionibus diu protractis cum magna fatigatione. Similiter nec intentio lucri, quæ operi extrinseca est, ut patet in professione philosophiæ ob stipendium. Ecclesia itaque simpliciter prohibet opera in se servilia non attendens extrinsecam attentionem operantis.

Hinc scribere, cum sit locutio quedam permanens ex se ordinata ad instructionem mentis propriæ vel aliæ, velut opus liberale non est prohibitum die festo, idque juxta Doctores communis, etsi fiat ob mercedem: quia equidem est liberale. Idque verum est, etsi scribens non intelligat, quæ scribit: hoc enim per accidens est, nec mutat naturam operis, illudve servile facit; ut neque locutionem, etsi loquens non intelligat, quæ dicit.

Idem probabilius est de transcriptione, etsi fiat ex officio & pacta mercede, prout fit à notariis & scribis: transcribere enim est verè scribere, estque impertinens ad naturam scriptionis, utrum scribens ex se, vel alio, quem auribus percipit, dictante, vel (quod fit in transcriptione) aliam chartam oculo inspiciente, scribat.

Petes, an pingere & imprimere characteres sit opus servile prohibitum in die festo? Resp. aff. Primum patet probatur: quia pingere respicit opus sensibile, & externum arte-

10. Partim est negativum & contentum inhihet opera servilia & quadam liberalia.

Idque sub gravi supposita materia gravitate, & que sit talis.

11. Quæ dicuntur opera servilia, & que liberalia.

12. Hinc scribere non est servile.

Etiamsi ob mercedem fiat. Vnde scribens non intelligat.

13. Idem est de transcriptione.

14. Pingere autem servile est.



artefactum, ut constructio domus, statuarum &c. Quod autem pictura ob similitudinem cum prototypo excuset ejusdem cognitionem seu memoriam, sequitur mentem instruat, per accidens est, & competit omni simili respectu similibus alterius. Quare paritate ratione sculperet, conficere, acu pingere &c. similia deberent dici non esse servilia. Facilius tamen potest cum pictoribus dissimulari ob contrariam nonnullorum sententiam & praxim multorum etiam Romae; praesertim quando soluta sunt quaedam delineationes, aut pingitur gratia recreationis.

Et si subinde facile excusetur fabrica.

15. Idem est de impressione.

Secunda pars probatur: quia ad impressionem concurrunt duo, videlicet impressio ipsius praeli supra chartam, & artificiosa characterum compositio, sive formarum fabricatio, ut loquuntur: ipsa autem impressio communi iudicio est servilis & mechanica, utpote directa ad imprimendum chartae talem figuram, qualis est in ipso plumbo, sicut imprimitur cera sigillum, quod est plane mechanicum. Huic autem actioni per accidens est, quod figura inde resultans sit signum aliquod mentis, sicut scriptura: cum ex impressione sigilli aut aeneae imaginis tale signum non resultet, quae tamen est actio ejusdem rationis. Compositio autem characterum similiter est servilis, utpote preparatio materiae & fabricatio instrumenti mechanici ad opus mechanicum, scilicet ad ipsam impressionem. Nonnulli tamen (inter quos *Layman & Diana*) permittunt typographis ordinationem characterum in die festo.

Et cur potius, quam de seripione.

16. Negativè est de itineratione.

Petes, an itinerari sit opus servile? Resp. negativè: est enim potius opus naturale terminatum ad ubi, ordinatum ad corporis conservationem & negotia ubique peragenda, nec directum per artem mechanicam. Unde etiam licitum est deferre onera ad usum itineris necessaria, utpote accessoria itineri, secus est de aliis oneribus opus servile exigentibus. In quibus tamen attendenda est consuetudo passim nota, & necessitas aut notabilis utilitas praesertim publica.

An et qua illi licet jungere onera deferenda.

17. Quis de venatione, aucupio & piscatione dicendum.

De venatione, piscatione, aucupio, ordinariè non sit magnus scrupulus. Tum quia juxta nonnullos non sunt servilia; aut saltem talia non reputantur, dum sunt ob recreationem, & potissimum industria consistunt; tum quia tunc saltem usus illa permittit. Alioquin in rigore videntur servilia: cum consistant in effectu corporali, qui proximè ad corporis utilitatem ordinatur, sicut colligere ligna, lapides &c.

18. Item actuali militia.

De militia, prout est actualis pugnae congressus, idem dicendum videtur: cum sit exercitium artis mechanicæ, & habeat effectum corporalem. Ordinariè tamen licet in die festo ob necessitatem aut publicam utilitatem. Adde iudicio variorum

Doctorum actum militarem censeri liberalem: prout etiam fortasse est ars gladiatoria: quae tamen et si mechanica foret, exercitium illius consuetudo permittit diebus festis.

Et artus gladiatoria usum.

Similiter opera coquilia, et si servilia, licentur diebus festis, ut patet ex usu. Immo & ob necessitatem, & ne populus Christianus judaizare videretur, apparent à principio nunquam prohibita: et si hanc libertatem usus paulatim extendit ad preparationem ciborum, non necessariarum, pastillorum &c. item ad collectionem fructuum eodem die, ut saniores & meliores sint: item ad occisionem & excoriationem animalium, coctionem panum, quando non potuerunt commodè praeveneri.

19. Licet quae ra coquina & alia hae spectantia.

Praeterea quaedam opera servilia sunt licita die festo, quae sunt in honorem & cultum Dei, si videlicet immediatè ad cultum Dei spectent, ut g. gestare imaginem aut crucem in supplicatione, ministrare in organis: haec enim, cum sint cultui divino intrinseca, seu intimè connexa, censentur licita cum ipso cultu. Idem est de preparatoriis ad cultum divinum, si sint ei valde vicina, & quasi ad illum determinata, ut pulsare campanas, ornare altaria &c. Secus, si sint remotiora, v. g. scopis templum mundare, parietes tapetibus ornare &c. quamquam, ob materiae parvitatem, & conjunctionem cum divino cultu, non censentur mortalia. Immo, si ratio addit, v. g. si inadvertenter aut ob impedimenta sint pridè omissa, excusantur ab omni culpa. Multo minus licita sunt, quae omnino accidentaliter & remotè respiciunt cultum Dei, v. g. colere agros Ecclesiae, lapides advehere, dealbare parietes Ecclesiae &c. Nec nisi ob necessitatem aut legitimam utilitatem excusantur mulieres, quae diebus festis pro Ecclesia nent, aut opus textile faciunt.

20. Item quae immolant ad honorem Dei spectant.

21. Si de his quae rarij remittit.

22. Nisi subinde iusta ratio excusetur.

Opera liberalia diebus festis prohibita sunt in primis mercatus. Quo nomine secundum Doctores intelliguntur primò publicae nundinae, quae semel aut iterò in anno sunt. Secundò nundinae hebdomadales. Tertio contractus privati emptionis, locationis & similes. Quoad haec tamen consuetudo multum derogavit praeepto, quae à praelatis noscitur & toleratur, & à confessoribus est inspicienda.

23. Quis de mercatoribus pro Ecclesia laborantibus.

Secundò prohibetur placitum: quo nomine generaliter prohibitae intelliguntur sententiae, sive civiles, sive criminales: omnisque strepitus judicialis omnino irritatur. *Conquestus de Festivis.* Quare illicita & invalida est inchoatio causae per citationem partis, processus, sive causae cognitio, & quae eo pertinent, sententiae prolatio. Unde invalida est citatio, si fiat à iudice in die festo, aut pro die festo. Si autem per eam man-

24. Item placitum.

25. Nisi consuetudo excusetur.

26. Item placitum.

Quare illicita & invalida est inchoatio causae per citationem partis, processus, sive causae cognitio, & quae eo pertinent, sententiae prolatio. Unde invalida est citatio, si fiat à iudice in die festo, aut pro die festo. Si autem per eam man-

27. Hinc illicita & invalida est citatio in die festo pro die festo.

Qu. III. De Causis ab Observatione Festorum excusantibus. 513

decur comparatio intra decem dies v. g. & decimus dies sit festum, dubium est, an valeat. Quidam apud *Castro Palag p. 7. n. 3.* negant; alii tamen probabilius affirmant. Sed quo die facienda sit comparatio inter se non conveniant, quibusdam asserentibus, eam in proximum diem habendam esse differendam, aliis decimum diem præveniendum existimantibus. Quod si iudex sit in loco, ubi non est festum, reus autem in loco, in quo est festum, existimat *Bonacina ad observ. sabbat. punct. 2. num. 19.* valere citationem: secus existimat de sententia utpote iudicis locum, non dei, uti citatio spectante; adeoque secundum eisdem regulas metiendam.

quàm quatenus negativum, ob cultum divinum, quem ratione affirmativi præferbit, utique brevi spatio per missa audicionem exhibendum. Quamquam autem causa ab audicione missæ, & consequenter ab observatione hujus præcepti, quâ affirmativi excusent, videndum est in materia de sacrificio missæ, *Quest. 16.* Quare de causis ab eisdem, quatenus negativum est, observatione excusantibus, restat agendum.

Atque in primis excusatio necessitas sustentandi seipsum vel propriam familiam, est quæ ipsa potissimum attendenda ex statu personæ vel familiæ, utpote per operis aliàs prohibiti exercitium promovendo, aut conservando, & per abstinentiam ejusdem operis notabiliter lædendo. His enim concurrentibus sufficiens æstimatur necessitas. Quod si de ejus sufficientia dubitetur, recuratur ad iudicium viri prudentis, maxime confessorii, vel parochi, qui insuper dispensationem, si opus fuerit, ex usu & consuetudine, adhibere poterit, & sic insufficientiam causæ supplere.

Hinc primò excusantur pauperes, aliter victum & amicum comparare non valentes: uti & pater, competentem filiabus suis dotem, alias non comparabilem, suo labore procurans. Secundò agricolæ tempore mellis, fatores & vindemiatores timentes periculum, sive ob pluviam, sive ob concursum militum, sive aliunde. Tertio coquentes lateres, calcem, vitrum &c: quæ opera inchoata non possunt sine damno notabili interrumpi. Quarto famuli & uxores, qui præcepto heri vel mariti coguntur laborare, alioquin domo excludendi aut malè tractandi: modo tamen præceptum illud in contemptum diei Festi & Ecclesiasticæ potestatis non imponatur; prout aliquando ab hæreticis imponi constat: tunc enim opera mandata sunt omnino illicita. Similiter si famuli & famulæ diebus ferialibus ita occupentur, ut suis vestibus resarciendis tempus non inveniunt, eas in die festo resarcire possunt.

Quintò excusantur barbitonfores, ubi & quatenus est justa & à prælatis scita ac tolerata consuetudo: quæ apud rusticos, veluti tota die in agris versantes, facilius honestari & tolerari potest. Sextò sartores, dum res non patitur dilationem, ut contingit in conficiendis vestibus lugubribus, sponforum, & alijs, quarum pro tunc est indigentia ad decentiam status, vel dum aliàs timeant notabile incommodum.

Sicut ab observatione festi excusat necessitas privata, ita multo magis publica. Hinc excusantur milites tempore belli aggeres vel muros extructes, operarii pontes & vias publicas, sine dilatio reificiendas, reparantes, vel alia obsequia, sine incommodo non differibilia, pro bono publico præstantes.

Quid si per accidens in festum incidat.

23. Idem est de examine testium, etiam prævid ad festum inchoatum, seclusa consuetudine.

Idem denique est de sententia executione.

Secus est de quibusdam alijs advocatis functionibus.

Quid de iudicio arbitri.

24. Et juramentum, etiam iudiciali quàm extrajudiciali.

25. De causis ab observatione præcepti quatenus affirmativi excusantibus remissis.

QUÆSTIO III.

De causis ab observatione Festorum excusantibus.

Ab hac observatione, uti & aliarum legum humanarum, variæ causæ excusant. Cum autem præceptum de colendo die festo, juxta ante dicta, partim sit affirmativum, partim negativum, de eo utrovis modo sumpto procedit quæstio, cum hoc tamen discrimine, quod, quatenus affirmativum, difficilius admittat excusationem, Herincx Sum. Theol. Pars III.

26. Ab observatione ejusdem quatenus negativum excusat necessitas propria.

27. Hinc excusantur pauperes. Agricola.

Coctores laterum, calcem &c. Uxores, famuli & ancilla quando excusantur.

28. Barbitonfores. Sartores.

29. Item excusantur necessitates publicæ.

30. *Vii & necessitas proximi.*

Excusat quoque necessitas proximi. Hinc chirurgus, pharmacopola &c. licet in die festo operari ad succurrendum infirmo, ad extinguendum incendium, & ad quævis proximi mala gravis momenti avertenda. Hinc etiam licet in die festo seruiliter operari, ut ex lucto per elemosynam succurratur, notabili & certa pauperis indigentia, cui aliter succurri nequit; secus si illi aliter subveniri commode possit.

Atque occursum lucris cessantibus.

Excusat etiam occursum lucris, certo anni tempore transitorio, prout Ecclesia indulget idcirco piscationem halecum. Idem est de aliis piscibus, similiter occurrentibus, & quouis alio lucto transitorio, quolibet modo repente occurrente: lucrum enim tunc cessans reputatur pro damno.

31. *Ac denique dispensatio, & cui comparat illam dare.*

Denique excusat dispensatio, quam dare potest Pontifex, Episcopus, imo & parochus, iuxta ante dicta: nullatenus autem iudex secularis, qui etiam nequit laicum, de licentia Episcopi laborantem, sub pretextu suæ prohibitionis punire, prout declaravit Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum teste Diana p. 4. Tract. 1. Res. 94.

QUÆSTIO IV.

Quid Locus Sacer, & quid in eo fieri prohibeatur?

22. *Quis hic consecratur locus sacer, & qua loca comprehendat.*

NOMINE loci sacri hic intelligitur omnis ille, qui publicâ Episcopi auctoritate deputatus est ad sacramenta ministranda, vel divina officia peragenda. Quales sunt Ecclesia consecrata vel benedicta, cæmeterium pro sepulturis fidelium publicè deputatum, & oratoria publica per Episcopum deputata ad diuinum cultum. Secus est de oratoriis privatis sedem consecratis, ut benedictis. Quoties autem in loco sacro fit aliquis actus, ob loci reuerentiam ab Ecclesia prohibetur, committitur sacrilegium: lex enim humana potest materiam virtutis, alioquin liberam, facere necessariam; idque facere censetur eo ipso, quo similem materiam recipit.

33. *In eo in primis prohibentur fieri actus zelestiam pollutentes.*

Prohibet primò Ecclesia illos actus, qui locum sacrum polluant, ut sunt homicidium culpabile, iniurijsa humani sanguinis effusio, humani seminis effusio mortali ter peccaminosa, sepultura excommunicati vitandi aut pagani. De quibus vide materiam de sacrificio missæ, quæst. 11. n. 117. & seqq. Putat tamen Layman l. 5. Tr. 5. c. 5. n. 2. & alii, per prædictos actus nullum locum violari, sic ut reconciliatio ne indigeat, nisi sit consecratus vel benedictus auctoritate Episcopi. Verùm sufficere deputationem, quæ est instar benedictionis, & facit, ut loca ad usus profanos redire non possint, docet Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 15. n. 39. Bonacina Tom. 2.

An per eos sic violatur ut reconciliatio indigeat seclusa consecratione & benedictione.

disp. 3. q. 6. punct. vlt. n. 5. & alii; & quoad cæmeteria colligitur ex c. vn. de consecrat. Ecclesia.

Petes: An per præfatos actus inferatur gravis irreuerentia locis sacris, etiam seclusa lege positiva, ut proinde antecedenter ad eam sit sacrilegi, & in detestationem sacrilegi Ecclesia inflixerit hanc penam, quod nimirum per illos loca sacra polluantur? Resp. neg. cum Sanchez sup. n. 4. & alii contra Suarez c. 3. n. 8. non enim apparet tam gravis irreuerentia ex natura rei per hoc, quod v. g. sepeliatur paganus, & excommunicatus in loco sacro, potius, quam mortuus in malo stat; idem est de copula conjugali, si (quod passim docent) per illam etiam polluat locus sacri. Nec etiam apparet, cur, seclusa lege Ecclesiæ, potius sit graviter sacrilega effusio sanguinis in loco sacro, quam gravis effusio, vel percussio sine effusione sanguinis. Idem est de tactibus impudicis aliisque peccatis sive internis, sive etiam externis.

34. *Seclusa Ecclesia prohibitions prædictæ actus non sunt mortaliter sacrilegi.*

Nihilominus apparet posse peccati contra reuerentiam loci sacri, etiam citra legem Ecclesiasticam, spectato iure seu ratione naturali; prout iuxta communem apprehensionem videtur rectè ratione repugnare v. g. exoneratio ventris facta in Ecclesiæ citra necessitatem &c. secluso tamen contemptu, prohibitione positiva rariùs aut nunquam erit sacrilegium mortale, siue sit opus aliquo peccaminosum, siue indifferens.

At factum veniale.

Secundò prohibentur in loco sacro placita secularia: immo omni robore firmata carent ex c. Decet de immunitate Ecclesiarum in 6. idque non tantum ubi de sanguinis effusione & corporali poena agitur, sed omnino generaliter, ut patet ex verbis nulla inibi causa per laicos, criminalis maxime, agitur, sed loca eadem à laicorum cognitionibus aliena &c. Secus est de iudiciis Ecclesiasticis, & aliis quibusdam actionibus jurisdictionis secularis, cum placito spiritusque judiciali similitudinem habentibus, ut sunt electio, præsentatio, collatio doctoratus, auctoritate regiæ conferendi, & similes, ut notat Suarez hic c. 4. n. 13.

35. *Secundò in loco sacro prohibentur actus secularium.*

Tertiò prohibentur in loco sacro citato universitatum & societatum quarumlibet concilia & conciones, quando scilicet materia est temporalis & secularis; loci materia est temporalis vel pertinet ad pietatem. Quartò ibidem prohibetur mercatus fieri in Ecclesiis earumque cæmeteriis. Excusat tamen facti necessitas, presertim si versantur res ad usum temporali necessariæ; item usus. Saepè etiam est parvitas materiae, Quintò prohibetur futurum c. Quisquis 17. q. 4. ubi dicitur sacrilegium committitur, auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro. Existimat tamen Lessius

36. *Tertiò concilia & conciones de materia temporalis.*

37. *Quintò futurum.*

Qua si res non sacra sit tantum per accidens in loco sacro.

l. 2. de irreligiositate c. 75. Abot. 3. num. 14. & alii non esse furtum sacrilegum, si res non sacra sit in loco sacro tantum per accidens & quasi materialiter, v. g. quia casu ibi est relicta, vel quia persona est ibi, quae illam secundum defectum; secus, si ibi sit per se, & tamquam in custodia, aut in pignus, vel ad ornatum commodata &c. Tamen Suarez c. 5. num. 7. Bonacina sup. num. 17. & plures alii generaliter asserunt, eod quod Canon generaliter loquatur, & sit late explicandus, utpote in materia favorabili, vergente in reverentiam & immunitatem Ecclesiae.

37. Poena in fures sacrilegos à jure lata.

Poenae fures Ecclesiam spoliantes ex c. Conquesti de Sent. excom. juxta communem sententiam incurrunt excommunicationem, si furto sacrilego jungant Ecclesiae infractionem: immo juxta nonnullos apud Castro Palao hic puncti. 2. n. 4. aliis communius apud eundem contradicentibus etiam si Ecclesiae perfractio non accedat. Poena autem à judice ferenda ex L. 4. §. Mandatis autem ff. ad Leg. Jul. pecularias ejusdem arbitrio relinquatur, etiam juxta praxim receptam ad ipsam mortis poenam extendenda.

38. Nonnulla alia in templo fieri prohibita consentur.

Denique nonnulla alia variis juribus prohiberi fieri in templo, videlicet jumentum illuc introduci, ludi turpes seu turpia spectacula, vel comedia inhonesta fieri, item seditiones, conclamationes, imperus, vana, & multo fortius scanda & profana colloquia, qualibet confabulationes &c.

QUAESTIO V.

Qua, & quibus locis competat Immunitas? Quae persona ea gaudeant, & quos habeat effectus?

39. Quid Immunitas Ecclesiastica.

IMMUNITAS Ecclesiastica generaliter nihil est aliud, quam libertas & exemptio ad oneribus vel subjectione, sive coactione potestatis laicae seu temporalis. Estque triplex, realis, qua gaudent Ecclesiae bona, quatenus sunt exempta à tributis: personalis, qua gaudent personae Ecclesiasticae, quatenus sunt immunes ab oneribus & judiciis secularibus: localis, quae competit ipsis Ecclesiis, quatenus ibi existentes sunt immunes à laica potestate. De hac sola agitur hoc loco.

40. Haec jure humano competit Ecclesiis Christianissimum.

Immunitas haec localis concessa est templis Christianorum aliisque locis sacris jure humano, etsi vade conformi ipsi juri divino. Pater ex jure canonico 17. q. 4. & Tit. de immun. Eccles. Comprehenduntur autem hic sub locis sacris non solum Ecclesiae consecratae vel benedictae earumque cimiteria, sed etiam oratoria publica ad divina officia deputata, idque juxta Do-

Et aliis locis qua re consentur.

ctores communis, etsi in eis nondum ceperint divina celebrari. Insuper etiam alia loca, quae in jure censentur sacra & religiosa, scilicet monasteria religiosorum quoad totum claustrum seu habitationem: item hospitalia auctoritate Episcopi erecta, ipsa quoque domus Episcopalis, si saltem annexam habeat capellam, aut constructa sit intra quadraginta passus ab Ecclesia cathedrali, prout Varii requirunt, Aliis (inter quos Diana P. I. Tr. 1. Resol. 27.) neutram ex his duabus conditionibus necessariam existimantibus. Secus dicendum est de domibus Cardinalium, atque etiam de oratoris privatis.

Hoc immunitatis privilegium videntur Doctores communiter, favente eis consuetudine, extendere ad sacerdotem sacram Eucharistiam deferentem & tabernaculum eam actu continens. Unde reus ad haec asylo confugiens, ob sacramenti reverentiam inde violenter abstrahi non possit: quamquam in rigore non sit immunitas Ecclesiastica, neque omnes eosdem cum ea habeat effectus, ut recte observat Bonacina de immun. Eccles. §. 2. n. 11. ubi in fine addit, se audivisse, receptam alicubi consuetudinem esse, ut reus amplexans sacerdotem, quicumque ille sit, etiam si sacram Eucharistiam non portet, tutus sit, nec in carcerem conjici possit.

41. Hoc privilegium extendit consuetudo ad sacerdotem actu sacramentum Eucharistiae portantem.

Immunitate hac omnes omnino homines gaudere est probabile, ob indistinctam Canonum locationem. Nihilominus cum Varii excipiendi videntur clerici: nam alioquin religiosi, cum sint in locis exemptis, non possent puniri & incarcerari. Quare sicut iudicium Ecclesiasticum non prohibetur in Ecclesia, sic nec circa clericum existentem in Ecclesia. Unde in Bulla Gregorii XIV. quae incipit: Cum alias nonnulli tantum sit, de laicis delinquentibus, qui confugiunt ad Ecclesias. Atque ita habet praxis teste Bonacina sup. §. 3. n. 7.

42. Et omnes omnino gaudere est probabile.

Quamquam oppositum quoad clericos sit probabile.

Nec referuntur immunitatem Ecclesiasticam concessam esse loco, qui clericis & laicis communis est: quia loco quidem concessa est, sed cum respectu ad personas, quibus hunc favorem concedi congruebat; quales sunt laici, & non clerici, ob rationes antedictas. Non potest tamen clericus ab Ecclesia abstrahi, nisi per iudicem Ecclesiasticum, ut patet. Immo si ageretur de crimine contra clericum ad finem aut eo probato depositus, degradatusque traderetur corporaliter puniendus brachio seculari, eo casu extrahi non possit, uti relato Diana tradit Zypaeus in Analysi jur. Pontif. Tit. de Immunit. Eccles. n. 9.

Præterea nonnulli excipiunt infideles. Quod saltem verum videtur de iis, qui nolunt converti, ex L. Cod. de his, qui ad Ecclesiam, quae, etsi sit civilis, servanda est, utpote non solum non praedjudicans Canonibus, sed etiam eis conformis, cum c. bii.

43. Idem est de infidelibus conversionem recusanti.

Inter alia de immunitate Ecclesie significatur, immunitatem servandam esse juxta statuta Canonum & consuetudines legum civilium.

facto excommunicatus per Bullam Gregorii XIV. idque secundum Diana P. I. Tr. I. res. 15. & alios, nonnullis actibus contradicentibus, etiam violenta abstrahio tantum attentetur, effectu non secuto.

Esque ipsi facti excommunicati.

44. Ad locum sacrum confugientes nullus potest de abstrahere vel aliquid nocibilitatis eis inferre.

Immunitas ista parit hos effectus, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam vel residentes inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis vel damni vel spoli (intellige rerum propriarum: alienis enim licite spoliarentur, ut fieret restitutio vero domini) residentibus in loco sacro inferre c. diffiniunt 17. q. 4. Neque etiam impedire quis potest, quo minus eis præstentur alimenta, vestitus, & similia ad vitam necessaria L. præsentis Cod. de his, qui ad Ecclesiam: nam aliàs fieret coactio & privilegium inutile. Potest tamen Ecclesia extra locum sacrum deforis obliari, ut, si reum sponte contingat discedere, mox capiat. Si autem violentè extractus sit ex loco sacro, debet eidem, aut æquè tuto & commodo, ac loco sacro restitui. Unde talis actus est nullus, & consequenter omnes actus judiciales consequentes, utpote injuriosi & fundati in captione injusta, adeoque damna omnia sunt reparanda.

Potest tamen locus deforis obliari.

45. Quis de reo violentè aut per blanditias à loco sacro abducto, & deinceps per judicem secularem apprehenso.

Idem est juxta Diana P. I. Tr. I. res. 16. contra Suarez c. 13. n. 17. de reo, per satellites vel alios violentè ab ecclesia abstracto, & postea per judicem secularem apprehenso. Secus juxta Varios, alijs (teste Castro Palao hic punct. 11. n. 3.) contradicentibus, est de eo, qui per blanditias, deceptiones, aut promissiones sine coactione à loco sacro abducitur; utpote qui nullatenus violentè inde abstrahitur, quod tamen requiritur ad hoc, ut loco sacro foret restituendus.

46. Aut è manibus satellitum violenter ereptus ad Ecclesiam confugiat? Eum curiæ seculari restituendum censet Bossius V. Immunitas n. 14. eò quòd judex secularis in eum jam acquisivit jus, quo per injuriam abstractionem non potest privari: ideoque violentè ei ereptus est restituendus, ubicumque fuerit ereptus violentè ab Ecclesia abstractus eidem est reddendus. Oppositam tamen sententiam docet Diana P. 6. Tr. 8. res. 5.

Reus in loco sacro existens requiritur ad peenam corporalem.

Sed quid, si reus è manibus satellitum violentè ereptus ad Ecclesiam confugiat? Eum curiæ seculari restituendum censet Bossius V. Immunitas n. 14. eò quòd judex secularis in eum jam acquisivit jus, quo per injuriam abstractionem non potest privari: ideoque violentè ei ereptus est restituendus, ubicumque fuerit ereptus violentè ab Ecclesia abstractus eidem est reddendus. Oppositam tamen sententiam docet Diana P. 6. Tr. 8. res. 5.

47. Violator immunitatis Ecclesiastica peccat peccato sacrilegii, & insuper injustitia.

Denique reus, in loco sacro existens, nequit damnari ad mortem vel ad peenam corporalem. Inter alia. Quod tamen aliqui restringunt ad peenam corporalem. Vide Castro Palao sup. n. 9. & seqq.

Qui autem immunitatem Ecclesiasticam violaverit, peccat in primis peccato sacrilegii, juxta Doctores communiter, & patet 17. q. 4. scilicet contra reverentiam loci sacri, ob quam extractio rei, & similes actus sunt ab Ecclesia prohibiti. Deinde juxta Doctores communiter peccat contra justitiam respectu rei seu refugii, qui injustè & violentè privatur suà libertate, & in quem, eatenus à jurisdictione exemptum, exercetur indebitè jurisdictio, veluti si in personam Ecclesiasticam. Denique est ipso

QUESTIO VI.

In quibus casibus locum habeat Immunitas Ecclesiastica, & in quibus non?

RESPONDEO non solum in criminalibus (de quibus est certissimum) sed etiam in civilibus, v. g. in causa debitorum, ut tamquam probabilius docet Suarez c. 11. n. 3. Bonacina de immunitate Ecclesie p. 4. n. 1. & alii, & consonat praxis. Nec obstat, quòd c. Id. constitutum & in Bulla Gregorii XIV. fiat mentio de reis. Nam tales sunt, præsertim in materia favorabili, qui in iudicium vocantur, sive criminaliter, sive civiliter; accedente eo, quòd L. 1. Cod. de his, qui ad Ecclesiam aperte supponatur, quòd ad Ecclesias confugientes evitare possint crimina vel pondera debitorum. Idque verum est, quàmvis sint de fuga suspecti, vel debito publico obstricti, aut decoerint cum magno republicæ detrimento: cum hi casus in bulla Gregoriana non excipiuntur.

48. Immunitas non solum in criminalibus, sed etiam in civilibus locum habet.

Nihilominus quædam crimina sunt jure excepta, in quibus locum non habet immunitas, quæ tum in antiquis iuribus, tum distinctè & ordinatè recententur in Bulla Gregorii XIV.

Itaque immunitate carent principes latrones publici, id est, qui palam & publice seu in viis publicis, in terra vel in mari, præstantur, vel vias publicas obfident, ut transcurrentes invadant & spolient, vel ob frequentata latrocinia communiter pro latronibus habentur.

49. Eadem in principibus latrones publici.

Secundò depopulatores agrorum, qui sciunt diripiunt alienos agros, id est, tergetes vel fructus surripiunt, agros sive vineas vastant vel incendunt, idque est non sint nocenti, eò quòd Bulla Gregoriana generatim loquatur. Quamvis c. Inter alia, de immunitate Ecclesie, solum fiat mentio de nocturnis.

Depopulatores agrorum. Etiam nocturni.

Tertiò committentes homicidia & mutilationes in Ecclesijs, aut earum cœmeterijs (secus est de alijs delictis, utpote in Bulla Gregoriana non expressis, quantumvis de ijs possit esse par ratio, ut rectè Bonacina sup. n. 11. & alii contra Suarez sup. n. 7. & alios antiquiores) quia in eo, in quo quis deliquit, puniri debet; & frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem, ut dicitur c. Finali de immunitate Ecclesie. Estque perinde, sive committantur ibi sub spe immunitatis, sive non: item sive committantur

50. Committentes homicidia & mutilationes in Ecclesia vel cœmeterijs.

Quest. VI. In quibus Casibus locum habeat Immunitas &c. 517

mittantur ibi ex proposito, sive non, sed solum ex subita rixa: nam textus loquitur indistincte.

51. Occisores proditorii, & qui censantur tales.

Quarto immunitate carent occisores proximum proditorie; id est, per industriam infidiosam, dum vel amicitiam simulant, vel dolose ad occidendum accedunt, vel dum alter nil minus cogitat. Excipit Bonacina sup. n. 14. & alii occidentem inimicum, etiam a tergo, vel dormientem, vel etiam per fenestram sclopeto illum petat, eod quod talis in rigore non dicatur proditor. Equidem actus seu modus est proditorius ac infidiosus & comprehensus c. 1. De homicidio, quod per Bullam Gregorianam explicatur. Quare vereor, ne praxis prestatæ exceptioni adferetur.

52. Rei assassini, & qui sint tales.

Quinto assassini seu rei assassinati. Cuius rei sunt non solum ipsi assassini, id est, qui pecunia aut alio pretio accepto vel promisso conducti homines incautos, seu nihil tale ab eis expectantes, prævio mandato occidunt: verum etiam cooperatores & mandantes seu conductores; adeoque hi omnes immunitate non gaudent.

Heresis

Sexto heresis rei, quales sunt non solum ipsi pertinaciter errantes, sed etiam auxiliium & refugium præbentes. In locis tamen ubi hæretici impudè degunt, nec ob hæreum puniuntur, videntur gaudere, sicut ceteri immunitate in criminibus non exceptis, juxta Diana p. 1. r. 1. resol. 29.

Et laesam personam propriam

Septimo rei læsæ majestatis in personam ipsiusmet principis, subintellige proprii.

53. Præter alia crimina non sunt alia immunitate prævantia.

Hæc sola crimina post Bullam Gregorianam (quæ est septima in Bullario Romano inter Constitutiones Gregorii XIV. & refertur à Rodriguez tom. 2. q. 50. art. 3.) sunt excepta: idque cum derogatione juris & consuetudinis, ut docet Diana sup. resol. 1. & plurimi alii. Unde audiendi non sunt, qui apud Castro Palao punct. 10. num. 3. ex identitate vel majoritate rationis, illam exceptionem ad alios casus non expressos censent extendendam. Quare raptores virginum, adulteri, sodomitæ, incendiarii &c. immunitate gaudent, nisi ratione delictorum in Bulla Gregoriana exceptorum, eâ præventur.

54. Modus extrahendi reum à loco sacro in crimine excepto.

Notandum tamen confugientem ad locum sacrum in criminibus exceptis, non posse mox eo ipso extrahi per laicam potestatem, sed juxta Bullam Gregoriam requiri expressam facultatem Episcopi vel Officialis, & ut intersit persona Ecclesiastica habens facultatem ab Episcopo aut Officiali. Quæ dum sunt, obligantur superiores, etiam exempti, tradere seu consignare, sive curare tradi seu consignari reum in manus potentium, idque abque ulla irregularitatis nota, ut expressè decernitur in Bulla citata. In qua præterea ordinatur, ut post extractionem rei ex loco sacro, priusquam tradatur laicæ potestati, detineatur in car-

cere nomine Episcopi, donec ab ipso, vel ejus deputato, cognitum fuerit, an gaudeat immunitate, nec ne: ad quod tamen sufficit cognitio per summariam informationem. Vide Bonacina sup. q. 7. & alios, signanter Zypæum Tit. de Immunit. Eccles.

QUÆSTIO VII.

De Decimis, Primitiis & Oblationibus.

DECIMÆ sic sunt dictæ, quasi decima pars seu portio, quæ detrahitur ex ijs rebus, quæ nobis divino munere obveniunt, nobisque quodammodo frugiferæ sunt. Has nullo jure Sacerdotibus esse debitas, sed puras eleëmolyas, contendit Joannes Vicleff in Concilio Constantiensi sess. 8. meritò damnatus. Per decimas namque præstatur subsidium ministrantibus spiritualia, utique eis debitum, juxta lumen rationis naturalis, ipsamque scripturam ad Corin. 9. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? & Matth. 10. dignus est operarius cibo suo.

55. Decima unæ sic dicta. Non sunt puræ eleëmolyas.

Sed merces labori Sacerdotum debita.

Quare decimæ, in quantum sunt sustentatio ministrorum Ecclesiæ, seu secundum substantiam (ut loquuntur) debite sunt jure naturali: secundum quotam autem seu taxam decimæ partis, sunt juris Ecclesiastici juxta Theologos communiter contra Canonistas. Ex nullo enim capite, quantum ad hoc, jus divinum satis constat. Immo si subesser, non posset consuetudine abrogari, prout tamen tolli vel mutari potest ista quota, & de facto quoad plurimos fructus sublata est multis in locis. Eatenus itaque sunt solum juris divini latè loquendo, sive quatenus sunt Deo dedicatæ; sive exemplariter & imitative, quatenus in veteri testamento fuerunt pro Levitis determinatæ decimæ, & ad illius imitationem sunt determinatæ ab Ecclesia pro suis ministris.

56. Idque ex jure natura quoad substantiam: scilicet quoad taxam.

Secundum quædam præsentia sunt juris Ecclesiastici imitative, divini.

Cum autem jus primarium decimarum fundetur in titulo spirituali, scilicet ministerio Ecclesiastico, nequit convenire laicis, juxta D. Thomam & Doctores communiter apud Lessium de decimis c. 39. dubi. 4. n. 19. adcoq, nec potest ab eis præscribi. Jure tamen primario pænes Ecclesiam remanente, potest quandoque laicis competere jus secundarium, sive ex præscriptione quadraginta annorum cum titulo, aut temporis immemorabilis sine titulo juxta Lessium sup. sive ex elocatione, venditione aut donatione. Quomodo etiam Pontifices solent interdum dare laicis decimas in feudum, etiam perpetuum, ob merita Ecclesiæ exhibita aut exhibenda. Idemque poterant Episcopi ante Concilium Lateranense sub Alexandro III. in quo facultas hæc est

57. Jus primarium decimarum, ut pote spirituale, laicis competere nequit.

Secus est de secundario.

Quod subinde à Pontificibus in feudum etiam perpetuum transfertur in laicos.

est illis adempta. Quia tamen jus feudale ab Episcopis antea acceperant, poterant retinere.

Similiter possunt illud in alium laicum transferre de consensu Episcopi, sicut Episcopus potest feudum semel legitime constitutum conferre alteri, si ad Ecclesiam redierit per mortem vassalli c. *fin de rebus Ecclesie non alienandis*, & c. *ex parte tua de feudis*. Similiter possunt illud conferre loco pio, de consensu Episcopi, ad cuius Ecclesiam decimæ pertinebant c. *Cum Apostolica, de his, que sunt à Pralatis*.

Qui illud in alium laicum de consensu Episcopi transferre possunt. Aut in locum pium.

58. *Decimæ aliæ sunt prædiales, quæ ex agris, molendinis, ædiu & locatione, & similibus proveniunt: aliæ personales, quæ ex arte, negotiatione &c. aliæ mixtæ, quæ partim ex prædijs, partim ex industria, ut fructus animalium v.g. fetus, lana &c.*

Personales consuetudo abrogavit.

Decimæ aliæ sunt prædiales, quæ ex agris, molendinis, ædiu & locatione, & similibus proveniunt: aliæ personales, quæ ex arte, negotiatione &c. aliæ mixtæ, quæ partim ex prædijs, partim ex industria, ut fructus animalium v.g. fetus, lana &c. Quamvis autem spectato jure scripto decimæ sint solvendæ ex omni re & opere frugifera; adeoque non solæ prædiales, sed etiam personales & mixtæ: tamen universali quasi consuetudine personales sunt abrogatæ, ut testatur *Casus Palao de decimis punct. 6. n. 10.* De quarum proinde debito & solvendæ modo non est inquirendum, sed tantum de prædialibus & quibusdam mixtis, quas consuetudo (quæ in his partibus valde varia est, sic ut ubique suus sit usus retinendus) solvendæ docet, agendum restat, à quo, quibus & quomodo debeantur.

59. *Ad prædiales tenentur omnes, qui habent prædium ali- cuius Ecclesie titulo non spirituali subjectum.*

Tenentur itaque ad decimas omnes illi, qui prædia alicui Ecclesie, titulo non spirituali, subjecta habent, sive sint clerici, sive laici, sive fideles, sive infideles, etiam pagani, sive sint privati, sive integræ communitates, & pia loca, nisi aliquo privilegio, præscriptione, compositione vel transgressionem sint exempta. Ratio est: quia solutio decimarum est onus, rei non personæ annexum; adeoque ad quemcumque domicilium prædium devolvitur, cum eo devolvitur & onus solvendæ decimas. Cui autem Ecclesie solutio illa faciendæ sit, ex consuetudine petendum est, quæ hac in re maxime attendi debet.

60. *In principio nascentis Ecclesie debebantur decimæ canonicis clericis tantum.*

Quod ad eos attinet quibus decimæ sunt solvendæ, notandum est, in principio nascentis Ecclesie, decimas fuisse communi clericorum cætui persolvendas, quas tunc Episcopus unicuique pro sua qualitate, labore & indigentia largiebatur: successu ve-

ro temporis & crescente decimarum cumulo, pluribus clericis sunt applicatæ: & aliis quidem titulo beneficii; alijs titulo obsequii vel curæ animarum; alijs ex gratia & privilegio. Et quidem animarum curam habentibus, etiam exclusâ Ecclesie constitutione, ex iustitia debentur decimæ, tamquam merces pro labore: secus est de alijs. Summo autem Pontifici, tamquam universali Ecclesie Pastori & rectori, decimæ exigenti, eæ solvendæ sunt ab omnibus, tum secularibus, tum clericis, etiam Episcopis: nec ad unam decimam est restringendus, sed plures pro ipsius gravitate exigere potest. Decimæ novales de jure cedunt Parocho juxta *Zyzeum Tit. de Decimis r. 12.* apud quem plura de his vide. Novales autem sunt, quæ debentur ex agro noviter ad culturam redacto, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit, & qui ante culturam nullum, vel modicum fructum, supple decimabilem, adferebat.

Nunc autem dicitur pro diversitate tituli.

Novales cuius debentur.

Quid per illas significatur.

*61. Decimæ solvendæ sunt integræ, non tantum ex prædium, sed etiam de fructibus, ut patet ex usu, & c. *Cum non sit, de decimis sum, c. 1.**

Earum de quibus dicitur quod sit peccatum.

Sunt autem decimæ prædiales solvendæ integræ c. *Commisum* & c. *Tua nobis, de decimis* & quidem ante deductionem expensarum, quæ fieri solent in colendis prædijs, item censuum, tributorum &c. ut patet ex usu, & c. *Cum non sit, de decimis sum, c. 1.* aded ut defraudantes decimas peccent contra iustitiam, veluti fraudantes Ecclesiam jure acquisito, & contra religionem, quatenus sunt debite titulo spirituali & causâ Dei, ob quod defraudatio illarum à Canonibus vocatur sacrilegium.

Primitiæ (quæ significant primos fructus aut factus Deo oblatos) non sunt jure naturæ præceptæ, etsi sint rationi conformes, cujus instinctu fuerunt quocumque nonnullis Gentibus usitatæ. Jus autem positivum est consuetudine abrogatum.

62. Primitiæ quid significent.

Non obligantur.

Oblationes (quæ significant quælibet Deo oblata, v.g. pecunias, cereos &c.) similiter non obligant, seculo pacto aut voto. Excipe, nisi sint necessariæ ad sustentationem ministrorum Ecclesie: tunc enim obligant juxta quotam à Prælatibus determinatam, vel consuetudine aut conventionem introductam. Quæ consuetudo etiam locum habet in benedictionibus nuptiarum, funeribus, Sacramentorum administratione & similibus. Quibus autem cedant oblationes factæ in Ecclesijs aut capellis, vide *Suarez. c. 7.*

63. Oblationes non obligantur nisi sint necessariæ ad sustentationem ministrorum.

Quæ consuetudo etiam locum habet in benedictionibus nuptiarum, funeribus, Sacramentorum administratione & similibus.

DISPUTATIO QUARTA.

De Voto.

QUESTIO I.

Quid & quotuplex sit Votum?

1. Votum est promissio Deo facta,



OTUM est promissio Deo facta. Unde simplex propositum, quantumvis firmum, aliquid faciendi, aut etiam vivendi, non est votum, & per se loquendo non obligat. Quod confessarii diligenter attendere debent circa simpliciores penitentes. Promissio autem, intelligitur valida, in definitione voti. Ad quam.

Tale non est ullum propositum quantumvis firmum.

2. Ad votum requiritur deliberatio ad mortale sufficiens.

Vnde ex voto sine tali deliberatione facta nulla oritur obligatio.

Nequidem sub veniali.

3. Cur potius ad peccatum veniale sufficit semiplena deliberatio, quam ad votum.

An vel quæ peccatum committat sine sufficienti deliberatione vivendi.

4. Secundò requiritur ad votum, ut sit voluntarium. Vnde gravi metu ad id

metu, que causa sunt. Et de alijs similiter passim tradunt Doctores: de his tamen non est expressum aliquod jus Ecclesiasticum: neque de illis & de voto scilicet professionis est omnino par ratio: ideoque cum D. Thoma, D. Bonaventura, Scoto & alijs antiquioribus apud Lessium l. 2. c. 40. dub. 3. n. 17. recurrendum videtur ad jus naturæ, eò quod Deus non videatur velle talem omissionem acceptare, qualem nec acceptaret vir probus, si sibi fieret. Immo nonnulli Doctores idem docent de metu levi, quantum ad forum conscientie: tamen si id alii passim non admittant, & in foro externo indubiè non admitteretur. Si verò metus sit justus, aut injustus quidem, sed non eo sine incussus, valet votum; prout in simili de matrimonio dicitur.

inquit incussus extortum est irritum; Solemne quidem professionis jure Ecclesiastico.

Cetera autem jure naturali. Secus est de voto ex levi vel justo metu emissum.

Quod ad errorem sive dolum attinet, si versetur circa accidentalìa, valet votum, etiam si versetur circa causam motivam voti, prout in simili de matrimonio dicitur: alioquin plures professiones essent nullæ & irritæ. Poterit tamen id esse causa facilioris dispensationis: votum sit dispensabile. Immo nonnulli distinguunt inter votum simplex & solemne, dicentes, votum simplex factum per errorem vel dolum circa causam finalem & motivam non esse validum, eò quod censetur emissum sub tacita conditione, si causa subsistat: votum tamen solemne esse validum, eò quod assumens statum perpetuum censetur eum velle assumere, etsi intercedat dolum vel error, modò non sit circa substantialia.

Inter votum simplex & solemne ex errore emissum nonnulli distinguunt.

Nihilominus Lessius sup. dub. 2. n. 12. & alii hanc distinctionem rejiciunt: & forte in re est parva differentia, eò quod in particularibus casibus alii fortasse dicerent esse errorem circa accidentalìa, in substantiam voti aliquo modo redundantia. Itaque

Alijs est distinctio nem rejicientibus.

Si error aut dolum, qui est causa voti, versetur circa substantiam voti, aut aliquid redundans moraliter in substantiam voti, ipsum planè irritum est defectu consensûs, cui nihil adeo contrariatur, quam ejusmodi error. Contingit is diversis modis: primò si sit circa partem notabilem rei promissæ, ut si quis viveat peregrinationem Hallensem; qui putat solum esse iter unius horæ: vel dare in Scemoly nam nummum, quem manu tenet, quia putat, quod sit argenteus, cum sit aureus.

6. Vera doctrina statuit, omne votum ex errore circa aut in substantiam redundante esse irritum. Quod vanè declaratur.

Secundò

Secundò si sit error circa materiam operis, ut si quis v. g. vovent ingredi determinatum monasterium, putans esse ordinis Sancti Francisci, cum sit alterius ordinis. Tertio si sit circa personam, cui opus præstandum est. Quarto, si sit circa causam formalem operis, v. g. si non sit pauper; cui alioquin erat promissa eleemosyna. Quintò contingit hic error, si sit circa finem votendi extrinsecam, qui speratur tamquam merces operis promissi, v. g. si quis vovent et elemosinam pro sanitate parentis, quem dein intelligit jam tum obtulisse; vel vovent peregrinationem pro felici successu matrimonii, quò dein mutato proposito vult ingredi religionem. Secus est de vovente religionem, ut eligatur in prælatum: votum enim tenet, etiamsi non sequatur electio; eò quòd finis iste non redundet in substantiam voti, nec faciat votum tacite conditionatum, uti fit in aliis casibus. Sextò tenique si error sit circa vim seu naturam voti v. g. si vovens nesciat votum aliter obligare, quàm sub veniali, vel putet posse relaxari pro suo libitu.

7. Tertio requiritur ad votum intentio se obligandi.

Secus est de intentione implendi.

De alio requisitis remissivè.

8. Votum aliud est personale, quo promittitur nuda actio personæ vel omisso, v. g. peregrinatio, abstinentia à fornicatione &c. Aliud est reale, quo promittitur aliquid pretio æstimabile distinctum ab actione voventis, v. g. oblatio pecuniæ: Aliud mixtum, quo utrumque simul promittitur, v. g. peregrinatio cum oblatione doni. Secundò aliud est temporale, quod ad certum tempus, aliud perpetuum, quod ad vitam voventis duret. Tertio aliud est expressum, quod fit diversis verbis, aliud tacitum, quod fieri censetur eo ipso, quo aliquid voluntariè fit, cui votum est annexum aut præsupponitur, prout fieri posse tacitam professionem dicitur Disp. Seq. & multi putant fieri tacitum votum in susceptione ordinis, de quo in materia de Sacramento Ordinis. Quarto votum aliud est simplex, aliud solemne, quod scilicet

Aliud personale, aliud reale, aliud mixtum, aliud temporale, aliud perpetuum, aliud expressum, aliud tacitum.

annexam habet susceptionem status immutabilis.

De his duabus ultimis voti speciebus dubitatur, an differant specie essentiali, an verò tantum accidentaliter. Et quidem Varii censent differre essentialiter. Ex quo inferunt peccatum contra castitatem, voto solemni promissam, & peccatum contra eandem, simplici voto promissam, specie differre; adeoque circumstantiam voti solemnis in confessione esse explicandam, Aliis tamen, quos citat & sequitur Sanchez de Matrim. l. 7. cap. 25. n. 6. & l. 5. Moral. c. 1. n. 7. placet prædicta vota non nisi accidentaliter distingui, eò quòd habeant idem objectum, videlicet continentiam. Qui proinde opposita faciunt corollaria, nempe idem specie contra utrumque votum committi peccatum, etsi gravius, dum repugnat voto solemni, quàm dum simplici.

Quintò aliud est absolutum, aliud conditionatum: & hoc iterum vel est simpliciter conditionatum, quando scilicet conditio non apponitur instar pœnæ, vel pœnale, quando scilicet votetur pœna, sub conditione delicti futuri.

QUESTIO II. De Materia Voti.

MATERIA voti dicitur, quidquid Deo promittere possumus. Quod quidem proximè est actio aliqua humana (sub qua etiam intelligitur abstinentia ab actione) in nostra potestate: remotè autem est objectum ejusdem actionis.

Primò itaque opus, quod Deo promittitur, debet esse in nostra potestate: ad impossibile enim non est obligatio, nec Deus ejusmodi stultam promissionem acceptat.

Hinc invalidum est votum de nonquam peccando venialiter (quidquid dicit Bonacina de voto punct. 4. §. 3. n. 4.) quippe quod de objecto per ordinaria Dei Auxilia moraliter non possibili.

Nec refert, quòd lex naturalis omnia peccata venialia præcipiat vetari: nam inde non sequitur idem posse votum, utpote cujus obligatio non sequitur immediatè ex ipsa natura rationali, ut obligatio legis naturæ, sed ex libera voventis voluntate, eaque prudenti & à Deo acceptanda, qualis non est illa, quæ quis se obligat ad aliquid moraliter impossibile, ideoque obligatio ex lege naturali resultans in materia ad salutem non necessaria, qualis est vitatio omnium venialium, non exigit majorem, quam physicam, objecti possibilitatem: obligatio autem ex voto orta insuper morale.

Aliud simplex, aliud solemne. Quæ an differant specie.

10. Aliud absolutum, aliud conditionatum.

11. Materia voti proxime, est actio humana.

12. Debet esse in nostra potestate.

13. Hinc irritum est votum de non peccando venialiter.

Cur possit lex naturalis, quæ non est moraliter impossibile, obligare.

De voto vitandi omnia peccata mortalia dicendum est, illud omnino valere: quamquam non sit passim suadendum. Idem censet Sanchez de voto c. 5. num. 13. & Lessius dub. 7. sum. 33. de voto vitandi omnia peccata venialia, quantum in nobis est: Sed non improbabiler contradicit Castro Palao punct. 8. n. 12. eo quod votum illud videatur esse de objecto humana ratione non cognoscibili. De voto autem vitandi omnia peccata censet Suarez l. 2. de voto c. 3. n. 16. contra Sanchez l. 4. Moral. c. 10. n. 19. ipsum saltem obligare ad vitanda mortalia. Idem cum proportione est de quovis alio voto, materiam partim possibilem, partim impossibilem afficiente.

13. Votum omnia mortalia vitandi tenet. Quid de voto vitandi quantum in nobis est venialia: Val simpliciter omnia peccata.

14. Debet etiam materia voti esse grata Deo. Vnde votum, ut peccati, etiam leve, est graviosius malum: & irritum votum.

Similiter irritum est votum de re indifferenti bono suo votantis non coherentia.

15. Debet quoque esse melior suo opposito.

Notabile pro scrupulosis.

Quid de voto non procurandi vel accedendi Episcopatum. Item de voto nubendi.

Secundo debet esse opus gratum promissario, scilicet Deo, in cuius honorem & obsequium fit votum: aliis enim Deus promissionem non acceptat. Quare irritum est votum de opere peccaminoso: immo promittere Deo se peccaturum mortaliter est grave peccatum. Idem est juxta Doctorem passim contra Navarrum & alios apud Lessium sup. n. 39. etsi opus promissum sit tantum veniale peccatum: idque ob gravem injuriam, quae divinae bonitati inferitur, dum in eius obsequium offertur, quod nocetur ejus bonitati displicere, in quo irritio, immo tacita blasphemia continetur. Praeterea irritum est votum de opere indifferenti: non enim gratius est Deo illud fieri, quam omitti. Excipe, nisi adsit bonus finis a votente intentus, & adhuc perseveras, ad quem deserviat res indifferens. Sic multi recte vovent non ludere lufibus alioquin licitis, non transire per certam plateam, non accedere certum confortium, eo quod saepe sint occasio peccandi.

Tertio debet votum esse de re meliori, scilicet nimirum, ut gratius Deo sit illud fieri, quam omitti. Promissio namque est quaedam gratificatio: adeoque nemo congrue aliquid promittit alteri, cui gratius esset ipsum non fieri, aut fieri oppositum. Quare votum de re non adversari consiliis, nisi aliqua circumstantia faciat opus non esse consilii respectu personae votantis. Unde regulariter non valet votum de non danda circumscriptione, de non ingrediendi religionem, de in eundo matrimonio, de non vovendo. Possent tamen suaderi scrupulosis aut levibus ad vovendum, ut promittant, se non emissuros votum, nisi de consilio Confessarii vel directoris. Quod si post tale votum, Confessarii consilio non petito, equidem vovent, votum tenet. Idem juxta Sanchez c. 8. n. 37. contra aliquos ab ipso citatos, est de voto non sollicitandi nec acceptandi Episcopatum, quantum in se est.

Similiter Varii docent, votum nubendi factum ab eo, qui non potest se continere, esse validum, eo quod tali personae melius sit nubere. Verum tali melius esset uti sanctioribus remediis ad frenandum concupiscentiam, quam nubere. Si tamen nullum aliud remedium sibi vellent applicare, melius esset ei nubere, quam uri: sed tunc objectum voti potius est ratio remedii, quam ipsum matrimonium.

cupiscentiam, quam nubere. Si tamen nullum aliud remedium sibi vellent applicare, melius esset ei nubere, quam uri: sed tunc objectum voti potius est ratio remedii, quam ipsum matrimonium. Petes, an opera praecipua cadant sub votum? Resp. Aff. cum Doctoribus unanimiter: nam etiam opera praecipua sunt Deo grata, & gratiora oppositis: nec aliquid impedit, quod minus procedenti vinculo sive obligationi adjicitur novum per promissionem: quod patet ex perpetuo usu Ecclesiae, quo non solum vovetur abstinencia a nuptiis, sed etiam praecipua jure naturae abstinencia ab illicitis voluptatibus carnis. Atque ita Tertiarium S. Francisci vovent servare omnia mandata Dei.

De quo voto inquiri potest an novam inducat obligationem, ita ut Tertiarium aliquid praecipuum divinum transgrediens duplici peccet peccato, uno contra votum, altero contra praecipuum? Et quidem affirmative censuit Divus Carthusianus apud Lucam Wadd. Tom. 2. opusc. S. Francisci in Notis ad 3. Reg. c. 20. n. 11. Sed cum eodem Waddingo aliique pluribus, quos citat, respondendum est negative. Et ita declaratum est a Nicolao IV. Constit. Supra montem & Leone X. Constit. Inter cetera, in qua declaratur in regula Tertiariorum nulla obligatoria sub peccato mortali vel veniali contineri. Idem ex D. Thoma & Caetano docet Waddingus sup. de Tertiarium S. Dominici. Ex quo fit, ut ex vi illius voti solum obligetur Tertiarium facere poenitentiam sibi a superiore pro transgressione impositam; idque dumtaxat sub veniali obligatione juxta Marchant in locum illum tertiae Regulae.

16. Sub votum cadunt etiam opera praecipua.

17. Votum tamen Tertiariorum S. Francisci non inducit novam obligationem.

Nisi ad poenitentiam.

18. Bonum & laudabile est Deo vovere.

Etiam in materia praecipua.

QUESTIO III.

De Obligatione Voti.

CERTUM est de fide, laudabile & gratum Deo est aliquid ipsi vovere, animo ei deferendi cultum. Scriptura enim commendat vota, atque ad ea emitenda & implenda hortatur, fideliter implentes laudat, non implentes redarguit, ut patet Psal. 73. Isaie 19. & alibi. Signanter autem de votis circa materiam non praecipuam (quae tanquam superstitiosa, haeretici redarguunt) fit mentio Deuter. 23. Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requirit illud Dominus Deus tuus. Et si mortuus fueris, reputabit tibi in peccatum: si nolueris polliceri absque peccato eris. Ratio praeterea naturalis dicitur; bonum esse votis Numen honorare; quod etiam omnes Gentes fecerunt circa Deos suos. Deinde per votum firmat homo voluntatem suam immobiliter ad praestandum Deo obsequium, idque in propria votantis utilitatem & commodum. Immo, ceteris paribus, melius est opus factum ex voto, quam

quàm sine voto, ut patet ex commendatione scripturæ; & quia hoc titulo pertinet ad specialem & perfectam virtutem religionis? Neque ex voto oritur alia necessitas, quàm obligationis, qualis etiam oritur ex divinis præceptis: relinquatur autem perfecta libertas indifferentiæ, immo datur occasio novi & meritorii usus libertatis.

Pariter obligationem,

Videlicet fidelitatis ad Deum. Eamque ex genere suo gravem.

Nisi indeliberatio, vel parvitas materia etiam totalis, excuset.

20. Porro potest quis in materia gravi se obligare levi? Non tamen in levi graviter.

21. Obligatio voti in quavis materia est ejusdem speciei.

Differentia quoad hoc inter vota & leges.

An materia transgressiois voti in confessione exprimitur.

Præterea certum est apud Catholicos ex voto oriri obligationem in conscientia: ut patet ex scriptura relata. Ratio est: quia si oritur obligatio ex promissione facta homini, quanto magis ex promissione facta Deo? Obligatio autem hæc spectat ad religionem sive fidelitatem erga Deum. Unde ex genere suo est gravis, sic ut violans votum in gravi materia committat grave sacrilegium, tamquam Deo infidelis. Excusat tamen juxta omnes, tum imperfecta deliberatio, tum levitas materiæ, quæ sicut in aliis præceptis, sic etiam in materia religionis dari potest, v.g. in levi irreverentia facta Deo. Idque verum est, etiam parva materia sit totalis materia voti, juxta Doctores communiter, contra paucos existimantes peccatum mortale, quæ omittit salutem angelicam, si sit tota materia voti. Quod planè incredibile est, & oppositum patet exemplo rigorosæ promissionis homini factæ de re levi, etiam per modum contractus onerosi.

Nihilominus potest votens pro libitu suo promittere rem gravem sub levi obligatione, et sub levi pena, ut patet exemplo præceptorum & promissionum homini factorum, & quia votum non obligat ultra intentionem votentis. Non potest tamen contra rem levem votere sub gravi obligatione: quia materia non est capax, nec Deus eatenus acceptat. Unde nec ipsum jus nature cadens in levem materiam graviter obligat.

Petes I. An obligatio voti in quavis materia sit ejusdem speciei? idem consequenter est de voti violatione. Resp. Affirmative est enim in quavis materia obligatio fidelitatis erga Deum; & consequenter violatio voti in quavis materia habet oppositionem ejusdem rationis contra eandem virtutem: nam dum quis vovet v.g. jejunare, non obligatur ex virtute temperantiæ, sicut dum lege Ecclesiastica est præceptum jejunium, sed tantum ex virtute religionis seu fidelitatis erga Deum. Disparitas inter vota & leges est, quod votens sibi non præcipiat directe jejunium, sed tantum illud proficit: hæc autem promissione supposita, exurgit præceptum divinum naturale, quo jubetur: Esto fidelis Deo in promissis. Idem est de juramento in quavis materia.

Hinc infert Sanchez l. 4. Moral. c. 11. n. 24. in fine, contradicente Suarez l. 5. de Voto c. 3. n. 9. in confessione non debere exprimi in specie materiam transgressiois voti, nisi

aliunde præcepta sit.

Petes II. An ex sponione, quam in baptismo faciunt catechumeni, dum per se (aut, si infantes sint, per patres) abrenuntiant diabolo & operibus ac pompis ejus, exurgat stricta obligatio voti? Ratio dubitanda videtur ex dictis Conciliorum & Patrum urgentium sponionem & pactum sive juramentum istud, ut loquuntur. Unde Marchant Tom. 3. Tract. 2. Tit. 2. & 3. fuscè hoc exaggerat, quasi ex hoc titulo exurgat specialis obligatio, etiam in baptizatis in infantia. Verum hoc est contra communem sensum & præsumptum: alius enim omnia baptizatorum peccata essent sacrilegia. Deinde ista sponio omittitur in baptismo non solemniter: & tamen non minor est obligatio in sic baptizatis, quàm in aliis. Præterea non est verosimile, in parvulis constringere obligationem voti personalis ex abrenuntiatione, quæ fit per patres. Quare sponio ista solum declarat propositum veterum baptismi & obligationum subsequenium, sive declarationem eorumdem: vi enim baptismi consequitur obligatio abrenuntiandi diabolo & adherendi Christo ejusque fidei & præceptis.

Petes III. Quid dicendum sit de eo qui dubitat de voto? Resp. si dubitet, an voverit, & post diligens examen dubius maneat, potest resolvere pro sua libertate, quam possidet. Si autem certus sit, se emisisse votum, & fatens deliberatè emisit, tenetur voto: quia pro hoc stat possessio & præsumptio. Factum enim seu votum constat, & deliberatio præsumitur, nisi aliud certè aut saltem probabiliter probetur. Idem est, si stat se vovisse, sed dubitet, an se intendit obligare: nam factum constat, & intentio proportionata præsumitur, nisi aliud probetur. De quo, & pluribus aliis dubiis fuscè agit Franciscus Bardi disceptat. 6. de Conscientia dubia c. 1. per totum.

Petes IV. Quomodo sit faciendum voti interpretatio? Resp. esse faciendam hoc modo, ut obliget juxta circumstantias, quas votens determinatè intendit. Si is nullas determinaverit, nec de ejus intentione constat, attendenda sunt verba voti, sic tamen, ut strictè explicentur, servatà verborum proprietate & communi intelligentiâ. In dubio autem de intentione se obligandi graviter vel leviter, spectanda est exigentia materiæ voti, quasi esset materia alicujus legis divinæ vel humanæ.

Hinc sequitur I. cum, qui vovit simpliciter castitatem, & dubitet, an voverit servandam intra vel extra religionem, satisfacere illam extra religionem servando. Econtra qui scit se vovisse castitatem, & dubitat, an voverit perpetuam, an temporalem, tenetur ad perpetuam, si sciat se vovisse verbis perpetuitatem sonantibus.

22.

Promissio baptismi facta non est votum.

Señtencia declaratoria propositi baptismi obligatio nisi habetur quædam.

23. Dubium est, an votum non tenetur votari.

24. Sicut est, si certum de voto dubitet de declaratione sufficienti.

vel de intentione se obligandi.

24. Sicut est, si certum de voto.

Carollus.

bus qualia juxta Diana P. 4. Tr. 3. Resol. 10. sunt hæc, Vovet castitatem. Si verò omnino sit verborum in memore, ad solam temporalem tenetur juxta statim dicenda. Similiter qui scit se vovisse rosarium, & habitat, an se voluerit obligare ad rosarium quinquiescim, vel sex decadum, aut ad tertiam ejus partem, solum tenetur ad tertiam partem, quippe quæ nomine rosarii simpliciter appellari solet.

26. Dum nihil certi de obligatione voti haberi potest, minor pars est amplectenda.

27. Ad quid obligetur qui se obligavit ad statim exequendum.

Ad quid ille, qui voto erigum re, qui non praeficit.

28. Votum personale regulariter non est per alium implendum.

29. Sicut est de voto realis.

videlicet vovens ipse non impleverit. Unde c. Licet de voto & l. Si quis cum ff. de pollicitationibus; talia vota seu promissiones dicuntur pertinere ad onera hereditatis, & posse heredem ad ea cogi sub privatione hereditatis. Idem est de voto mixto, quâ parte est reale. Unde si quis voverit peregrinari ad locum sacrum, & ibi offerre aliquod donarium, si vovens sit mortuus non impleto voto, heres ad solum donarium manet obligatus. Nec obstat, quod peregrinationi fuerint impendendi reales sumptus: hoc enim tantum est accessorium ad votum personale peregrinationis.

Et mixto, quâ parte est reale. Rosarium de voto peregrinationis, si vovens jam sit defunctus.

Petes VI. An votum, quo parentes devotent filios religioni, obliget illos? Resp. certum esse, quod non, nisi filii ad adultam ætatem pervenientes in illud consentiant. Quare Canones & Concilia, quæ significant filios obligari, intelligenda sunt cum prædicta restrictione.

30. Qualiter parentes queant filios religioni devovere.

QUESTIO IV.

De Cessatione Voti per Irritationem.

Votum modis cessat obligatio voti. Primum votum conditionale cessat ob non eventum conditionis appositæ. Secundum votum temporale cessat lapsu temporis, v. g. votum castitatis ad annum, cessat elapso anno. Idem est de voto affixi certo tempore, v. g. jejunandi diebus sabbatinis in honorem beatæ Virginis. Plerumque tamen circumstantia temporis seu diei non additur ad finiendam obligationem, sed tamquam terminus, intra quæ impleri, & ultra quem non liceat votum differri exequendum, idque juxta Bonacina de Voto punit. 5. §. 1. n. 11. & alios, quos citat, in dubio est præsumendum. Tertio cessat cessatione materiae, v. g. si materia fiat absolute vel respectu voventis impossibilis, indifferens, sive inutilis, mala, majoris boni impeditiva: hoc enim rerum statu cessat votum, sive absolute, sive pro tempore, quod materia permanet talis. Hæc etiam revocari potest cessatio causa finalis. Quarto cessat votum irritatione. Quinto commutatione. Sexto dispensatione. De quarto modo hac questione agemus, de duobus posterioribus in sequentibus questionibus acturi. Itaque

31. Obligatio voti cessat vel non eveniente conditione appositâ: vel elapso tempore præfixo.

Vel cessata materia.

Vel denique irritatione, commutatione aut dispensatione.

Irritatio voti est annullatio sive cassatio voti facta ab habente desuper potestatem & dominium: illi namque, qui non sunt sui juris, sed perfecte subjecti alteri in omnibus, vel saltem quoad voti materiam, cum in vovendo dependeant ab alterius consensu, censentur vota, quæ ab illis emittuntur, juxta Doctores unanimiter, sive ex natura rei, sive saltem ex jure communi, includere tacitam conditionem, nisi superior, vel is, cuius interest, contradixerit. Quare si hic votum intelligens ei contradicat, votum

32. Quia irritatio voti.

Competit omni habenti potestatem in voluntatem voventis aut materiam voti.

Non requirit causam.

annullet, absolute non fit fieri opus promissum &c. cessabit eo ipso obligatio voti. Irritans autem votum non debet habere aliam causam, quam suum arbitrium, a quo votum dependet, quod nulla lege approbare tenetur. Unde si absque causa irritet, ad summum venialiter peccabit: immo, per se loquendo, ne quidem venialiter, nisi quatenus esse possit actus otiosus.

33. Absoluta irritatio nunquam reviviscit. Secus est de suspensione executionis.

Porro votum semel simpliciter irritatum non reviviscit, ut pote simpliciter extinctum, quantumvis superior postea facultatem det, aut irritationem retractet. Subinde tamen non est absoluta irritatio: sed tantum suspensio executionis, quatenus superior prohibet ad tempus voti executionem, vel quatenus etiam ignorans votum prohibet opus promissum pro aliquo tempore, aut precipit aliquid impossibile. Specialiter autem vota novitiorum tantum suspenduntur a praelatis, in quantum executio esset impedimento probationi. Immo absolute irritari non possunt: cum in illis praelati necdum habeant perfectum jus & damnativam potestatem. Unde, si non profiteantur, voti reviviscunt, durante adhuc tempore, quo vota aliquin obligassent: si autem profiteantur, commutatur in vota professionis. Quavis ex justa causa possint probabilius a praelatis vota novitiorum absolute tolli per dispensationem vel commutationem: cum in illos praelati habeant jurisdictionem.

Qualis, & non irritatio, in vota novitiorum competit praelatis.

Aliud est de commutatione & dispensatione.

34. Omnia religioforum vota a praelato sunt irritabilia.

Hinc sequitur I. omnia vota religiosorum (ad quae licite emittenda non requiruntur positivus superiorum consensus, ut certum est) posse a praelato irritari, ob perfectam in omnibus subjectionem & dependentiam voluntatis subditi a voluntate praelati: sic ut ex communi sensu & usu Ecclesiae, ac interpretatione juris, censetur omnibus illorum votis inesse conditio, nisi superior contradixerit. Excipitur votum religionis strictioris: cum enim transitum ad illam jura permittant, etiam nolent superiore, censentur eatenus religiosum a praelato eximere, & sui juris facere. Ita Marchant To. 2. Tract. 3. Tit. 4. q. d. 5. & alii Doctores passim.

Excepto voto arctioris religionis.

35. Similiter id potest Pontifex.

Unde Pontifex, quatenus habet potestatem dominativam in omnes religiosos voti professionis (ut dicitur disp. seq. quest. 6.) potest similiter tamquam supremus praelatus omnia illorum vota irritare. Aliud est (juxta Doctores communiter apud Castro Palao disp. 2. punct. 2. n. 2. contra nonnullos apud eundem num. 1. quorum sententiam improbabilem censet Lessius dub. 13. n. 81.) de votis reliquorum Christianorum, in quos non habet similem potestatem, quoad omnia, sed tantum jurisdictionem. Idem est de votis subditorum respectu Episcoporum; qui tamen possunt vota clericorum sibi subditorum irritare, in quantum obstant Ecclesiae, cui servantur.

Aliud est de votis reliquorum Christianorum.

36. Possunt ita

Econtra Abbatissae & reliquae Monia-

lium praefata, etsi caseant jurisdictione spirituali ad dispensanda vel commutanda vota, non tantum ea, quae ad gubernationem domesticam spectant, ut post Azorium limitat Castro Palao sup. punct. 8. n. 7. sed etiam quaevis alia irritare possunt per potestatem dominativam, qua Moniales voti plene illis subjiuntur. Non possunt tamen praelati irritare vota propria, aut illorum irritationem alteri delegare (quod tamen possunt circa dispensationem & commutationem suorum votorum) ibi enim locum non habet potestas dominativa, quae respicit tantum subditos. Extendit autem se facultas irritandi etiam ad vota Papae reservata (secus est de potestate dispensandi) quia etiam in illis materia voti & voluntas subditi est plene sub dominio praelati.

Potes. An praelatus possit irritare votum, quod semel approbavit? Resp. Affir. si necdum sit mandatum executioni, nec confirmatum ab altiore superiore. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia per priorem consensum non definit esse superior, nec amittit dominium in subditum; adeo quod licet in fieri, sic etiam in conservari, dependet votum a consensu vel dissenso illius. Si tamen desit causa rationabilis peccabit superior, & quidem juxta Sanchez l. 4. Moral. c. 27. n. 53. Lessius dub. 13. n. 76. & alios moraliter ex generis suo, eo quod materia, etsi sit in potestate praelati, ex ejus consensu sit obstricta Deo, & tamen impediatur, ne Deo offeratur. Immo Marchant sup. contra alios communiter putat sine causa, non tantum illicite, sed etiam invalide tale votum irritari: eo quod per datum consensum existimet potestatem irritandi esse restrictam, & religioni sui juris factum. Nihilominus superior non tenetur consentire in votum a praedecessore approbatum, nec graviter peccat illud irritando, etiam sine causa. Immo Suarez l. 6. c. 8. n. 9. & alii non improbabiler sententiam eundem superiorem id agendo tantum peccare venialiter: eo quod solum videatur quaedam inconstancia (non autem videtur voti) etiam si materia promissa Deo quidem non offeratur, sed tamen ei non maneat obstricta.

Sequitur II. omnia vota impuberum irritari posse a patre aut habente quasi patriam potestatem, qualis habet tutor, & pater defuncto, mater, si sit tutrix, alias non. Ita communiter Doctores: & colligitur ex c. Muleri 32. q. 2. & c. Pnella 20. q. 2. Ratio est: quia ob defectum maturitatis iudicii in impuberibus jura voluerunt omnia eorum vota sic subiecta praefatis, ut semper ipse esset tacita conditio, nisi contradixerit pater, tutor &c. Idem juxta Suarez l. 6. c. 6. n. 23. est de hero, si pupillus careat parentibus & tutoribus. Haec autem vera sunt, etsi voventes retulerint ea vota exequenda post tempus pubertatis: quia equidem habent praedictam tacitam conditionem.

Pctes,

39. Vel qui in impubertate vocatus, iam ad pubertatem pervenerit.

Nisi factum ratificet, quod in dubio non praesumitur.

40. Puberum vota tantum sunt indirecta ad parentibus irritabilia.

41. Vota realia minorum, nisi sint de bonis liberae dispositionis.

Vel realia in tempus, quo erunt sui juris.

42. Idem quod est de votis famulorum & servorum respectu dominorum.

43. Et votis uxoris respectu mariti.

Petes, An vota ante pubertatem emissa possint adhuc irritari a praedictis, postquam pupillus acquisierit pubertatem? Resp. Aff. cum *Marchant sup. Navarro, Diana, Sylvio* & aliis apud *Bassam V. Votum V. n. 13.* quia vota ista erant conditionata, nec tractu temporis istam conditionem amittunt: secus est, si pubes factus votum ratificaverit. In dubio autem praesumitur non ratificasse; quia illud est facti: factum autem non praesumitur, nisi probetur. Deinde in dubio standum est pro libertate. Porro debet ratificatio procedere ex certa scientia & non ex errore, quo putabat se absolute obligatum. Immo *Marchant sup.* docet votum irritari posse, si renovatio postea fiat ex consideratione prioris facti: ista enim renovatio videtur sequi conditiones prioris voti. Secus est juxta ipsum, si de novo vovisset absque ullo respectu ad prius votum: tunc enim teneat tamquam novum votum a pubere emissum.

Sequitur III. Vota puberum non possunt a parentibus irritari, nisi quatenus disciplinae, familiae & patriae potestati obstant: horum enim vota tantum subsunt parentibus ratione materiae, non ratione domini in voluntatem. Unde irritari non possunt vota religionis, communionis, confessionis &c. Secus est de votis peregrinationum, jejuniorum, saltem multorum, & similibus, quorum executio ad regimen domesticum spectat.

Realia quoque vota usque ad annum 25. aetatis irritari possunt a curatoribus: nae co usque non habent puberes administrationem. Unde ob oppositam rationem, id locum non habet, si minorennis habeat bona liberae dispositionis, scilicet castrensis vel quasi castrensis, aut habeat veniam aetatis. Item juxta *Lessium c. 4. dub. 14. n. 85.* si vota realia relata sint in tempus, quo erunt sui juris: tunc enim non officiant administrationi curatorum.

Sequitur IV. circa vota famulorum & domesticarum herum nihil aliud posse, quam suspendere vota obsequio sibi debito praedictantia, cum in illos non habeat potestatem dominativam. Similiter dominus irritare non potest vota servorum, quae non praedictant obsequio & juri domini: in his enim servi sunt sui juris. Secus est, si praedictant juri, quod in servos habet, & relatiunt tempus, quo domino subduntur.

Sequitur V. maritum posse irritare omnia vota uxoris, quae ipsi, prolibus vel rei familiari incommoda videntur. Secus est juxta *Rodriguez in Summa casuum Tom. 2. c. 92. n. 5. Lessium dub. 15. n. 89. Sylvium 2. 2. q. 88. art. 8. conclus. 7.* & alios de iis, quae marito vel familiae non praedictant, nec libertate administrationi familiae, aut libertati in uxorem: in his enim eorumve exercitio mulier non est subiecta viro, sed in aliis dumtaxat vir est caput mulieris, quae de cetero

est socia, etiam oeconomicè subiecta viro, tamquam socio majori, non sicut famula hero, sed ipsa quoque jus aliquod in familia administranda possidens.

Multorum tamen opinio est, maritum posse irritare omnia vota uxoris, sicut pater vel tutor vota impuberum. Soler equidem in hac sententia communitur accipi votum contingentiae de licentia mariti ab uxore emissum: eo quod vir per datam a se licentiam cedat juri suo, quod alioquin habere supponitur ad irritandum. Si tamen juxta *Sanchez l. 4. Moral. c. 34. n. 17.* post tale votum uxor sacrilegè restituat iterum viro suo integram & expeditam in suum corpus potestatem, poterit vir illud votum irritare: & quidem valide, sed illicite sine causa, licite autem cum causa. Econtra uxor illa solum vota mariti potest irritare, quae juri & potestati illius in maritum generant aliquod praedictum, v. g. vota loquorum jejuniorum, austeritatum, actuumque insolitum, quae illum in eum redderent ad debitum conjugale aut notabiliter violarent mutuum societatem, & domestica officia.

QUESTIO V. De Commutatione Voti.

COMMUTATIO voti est substitutio operis honesti loco alterius Deo promissi sub eodem vinculo. Hoc autem vinculum non tam nascitur ex auctoritate superioris commutantis, quam ex consensu acceptantis, qui censetur sibi imponere obligationem secundi voti, sub conditione tamen, nisi malit redire ad priorem obligationem, quod sibi liberum est (quidquid nonnulli contradicant, quando commutatio est facta in melius) cum totum fiat in favorem obstricti voti, favori autem quilibet renuntiare possit, juxta *c. Statutus in Regularibus.*

Hinc, si saepius facta sit commutatio, potest servari quodvis eorum, in quod facta est, ut observat *Lessius c. 40. dub. 16. n. 111.* Immo consequenter, qui commutationi renuntiavit, potest ad eandem redire, nisi renuntiandi novum votum emittere voluerit, quod etiam reditui ad primum votum aequaliter obstat, ut notat *Suares l. 6. c. 20. n. 13.*

Ex his tamen non sequitur, quod, si facta commutatione, materia subrogata fiat impossibilis, maneat obligatio, uti secundum dicta semper manet libertas, ad priorem redeundi: nam prima obligatio per commutationem translata est ad determinatam illam materiam, quae subrogata est, ideoque quoad priorem materiam totaliter est extincta, nisi a vovente, privilegio commutationis renuntiante, reassumatur, prout reassumi potest, aliunde ostensum est.

44. Multi tamen mariti dixerunt in omnia uxoris vota potestatem tribuunt: Excepto saltem voto continentiae de utriusque consensu emisso.

Vota mariti ab uxore indirectè tantum sunt irritabilia.

45. Quis commutatio voti.

Ea facta est, voventi liberum ad priorem obligationem redire.

46. Vel si saepius facta sit, quodvis eorum in qua facta est, eligenda.

47. Non tamen est necesse ad primam materiam redire secundum facta impossibilia.



48. Commutatio fit in melius, in aequale vel in minus.

Commutatio vel fit in bonum melius, vel in æquale vel in minus. Illud autem dicitur melius, non quod est in se præstantius aut excellentius, sed quod omnibus spectatis est Deo gratius hic & nunc. Unde est oratio sit opus præstantius jejunio aut gestatione cilicii: potest tamen hoc esse gratius Deo, magis expediens ad salutem, carnis mortificationem &c.

49. Prima potest fieri propria auctoritate.

Potestas commutandi in bonum, quod sine tergiversatione est melius, fieri potest propria voventis auctoritate: in hoc enim censetur Deus consentire: nam quilibet consentit recipere melius & gratius loco minoris boni. Unde c. 3. de iurjurando dicitur: *Promissum non infringit, qui in melius illud commutat.* Quare omne votum est commutabile in votum religionis: nam (ut dicitur c. *Scriptura, de voto*) *reus facti voti aliquatenus non habetur, qui temporale observantiam commutare.* Idque censetur facere eo ipso, sive implicite, sive ex juris auctoritate, nisi profitens, explicitè oppositum intendat.

Et quidem semper in votum religionis.

50. Huius auctorem in Episcopatum minimum.

Potes I. An votum ingrediendi religionem possit propria auctoritate commutari in Episcopatum, qui est status majoris perfectionis? Resp. Neg. Ita expressè habetur c. *Per tuas, de voto.* Ratio est: quia Episcopatus non est status majoris perfectionis, quasi hominem ad majorem perfectionem adducat (id enim potius facit status religionis) sed quia secundum rectum ordinem prærequirit & præsupponit perfectionem jam comparatam, & quidem in gradu sublimiori ab eo, qui ad Episcopatum promovetur.

51. Procedunt dicta etiam de voto in favorem certii facti, sed nondum acceptato.

Potes II. An, qui vovit aliquid in favorem unius Ecclesiæ, possit propria auctoritate illud commutare in evidentè melius, quod sit in commodum alterius Ecclesiæ? Resp. Aff. si tamen prior Ecclesiæ votum necdum acceptaverit; adeoque nullum jus acquisierit: nam res alteri Ecclesiæ offerenda tunc est Deo gratior. Idem est de voto elemosinæ certo pauperi dandæ, quod potest propria auctoritate commutari in votum elemosinæ alicui pauperiori dandæ, modò cetera sint paria, & prior pauper promissionem non acceptaverit, ut contra *Henriquet. l. 7. c. 30. n. 5.* & alios docet *Bonica de voto punct. 7. § 3. n. 6.*

52. Commutatio in minus faciendæ est a potestate dispensante. In aequale, a potestate commutante. Servatà morali æqualitate.

Potestas commutandi in æquale vel in minus bonam competit illis, qui habent potestatem dispensandi; idque à fortiori, ut patet. Qui autem habent præcisè potestatem vota commutandi, debent illud commutare in opus moraliter æquale, juxta arbitrium boni viri, vel in melius: æqualitas enim mathematica est cognitu impossibilis. Et quamquam Nonnulli requirant in commutatione faciendâ omnimodam similitudinem, ut scilicet votum reale in reale, personale in personale commutetur, non

apparet tamen talis necessitas: quia poterit adhuc servari similitudo & proportio moralis, et si votum reale redimatur per personale, vel contra. Immo, probabile est, habentes potestatem commutandi vota, et si tantum delegatam, posse illa mutare in minus ex iusta causa: sicut probabile est, posse mutari in evidentè æquale propria auctoritate, eò quod non videatur Deo fieri iniuria, dum res æquæ grata subrogatur, quævis oppositum sit longè tutius.

Ad commutandum votum in melius non requiritur specialis causa: ad commutandum autem in æquale, præsertim per superiorem sufficit major propensio voventis; ad commutandum denique in minus requiritur aliqua causa, minor tamen, quam ad dispensandum, ut patet. Sufficit autem gravis molestia vel fragilitas voventis cum periculo violandi votum.

Quæ de commutatione voti dicta sunt etiam locum habent in commutatione obligationis sive deoiti orti ex violatione voti, v. g. dandi elemosinam, si contingeret obligatum ad castitatem illam violare.

Pro fine nota, si quis tempore jubilei per oblivionem vel alia de causa non petiverit dispensationem vel commutationem suorum votorum (idem est de resolutione reservatorum) posse id postea fieri etiam per non habentem aliquoquin potestatem, dummodo intra tempus jubilei impleverit opera ad ejus consecutionem requisita, ut docet *Lessius dub. 16. n. 109.* & alii contra *Suarez. l. 6. c. 16.* Ratio est: quia per hoc, quod tempore jubilei implevit opera præscripta, acquisivit jus ad commutationem votorum obtinendam, quæ est privilegium, quod non constat ita ad tempus jubilei esse restrictum, sicut opera præcepta. Tempore autem jubilei non tantum intra, sed etiam extra confessionem, commutari possunt vota, cum aliis, quos citat, docet *Bonica sup. n. 16.* idque sine reincidentia, licet opera ad consecutionem jubilei requisita postea à poenitente non adimpleantur. In autem talis poenitens peccet, dictum est in *Tract. de poenit. disp. 4. quest. 13. n. 102.* ubi etiam alia huc spectantia videri possunt.

QUESTIO VI.

De Dispensatione Voti.

DISPENSATIO voti est condonatio obligationis voti facta ab habente potestatem jurisdictionis, iusta de causa. Quæ condonatio fit nomine Dei, quatenus Ecclesiæ auctoritate sibi à Christo concessa remittit obligationem voti, nomine Dei cedendo juri, quod ipse ex voto acquisierat. Quare non est mera interpretatio, quæ declaretur ob causam occurrentem votum cessare: nam id facere potest quilibet prudens, æquè ac superior. Deinde dispensa-

penfatio plerumque datur, quando constat voti obligationem alioquin subesse & remansuram esse.

Requiritur autem iuxta causam ad valorem dispensationis iuxta Doctores communiter, nam non aliter censetur Deus conditionem nomine suo faciendam ratificare, aut facultatem condonandi dedisse. Porro iuxta causam sunt honor Dei, utilitas Ecclesiae, aut gravis ipsius voventis, ejusdem valde periculosa fragilitas &c. faciliorem dispensationem reddit voventis levitas, inconstantia, timor animi, perturbatio in vivo, puerilis aetas, incommoditas &c. Regulariter vero miscenda est commutatio in aliquod onus saltem temporale iuxta prudens arbitrium; eo quod non facile subit causa se sola sufficiens ad plenam dispensationem.

Potestatem dispensandi in votis a Christo esse concessam Ecclesiae, est de fide ex universalis praxi & traditione, contineturque in generali potestate solvendi, de qua *Matth. 16. & 18.* quae potestas respicit omne vinculum, non tantum culpae & poenae, sed etiam voti, juramenti & simile, quod homo erga Deum contrahere potest, & aliquando solvi oportet, ut expedit: neque censetur esse Christum potestatem regimini Ecclesiae adeo necessariam subtraxisse.

Residet haec potestas primò universaliter & jure divino in Summo Pontifice. Hinc iuxta Doctores communiter contra *D. Thomam 2.2. q. 88. art. 11.* & paucos alios, potest iuxta de causa dispensare etiam in votis solemnibus religiosorum; quod & ipsum subinde fecisse ex historiis constat. Nec est ulla ratio postulans istam potestatis restrictionem praeterquam cum solemnitas voti sit ex institutione Ecclesiae, & obligatio voti solemnis & simplicis sint ejusdem rationis. Nec obstat c. *Cum ad Monasterium, de statu Monachorum*, ubi *Innocentius III.* ait: *Abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulae monachalis, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Nam loquitur Pontifex in sensu composito status monachalis; non autem in sensu diviso, quo scilicet quis eximatur a statu monachali.

Secundò jure ordinario residet haec potestas in Episcopis respectu subditorum suae dioecesis, etiam dum sunt extra illam; qui proinde non possunt habere dispensationem ab Episcopo loci, per quem solum transeunt. Secus videtur, si quidem non habeant in loco domicilii, inceperunt tamen ibi habitare cum intentione manendi majori parte anni. Possunt autem Episcopi dispensare in omnibus votis, exceptis Papae reservatis; qualia stylo potius Curiae, quam jure scripto, censentur ordinariè quinque, scilicet votum castitatis integre & perpetuae, votum religionis approbatæ, votum peregrinationis ad limina Principum Apo-

stolorum, ad sanctum Jacobum, & ad Terram sanctam. Putant tamen aliqui (inter quos *Sanormitanus* apud *Lessium* *dub. 18. n. 122.*) vota peregrinorum non reservari, si fiant causa devotionis, & non subsidii. Sed hic consuetudo videtur esse in contrarium, inquit *Lessius* & ex eo *Bassani V. votum VII. n. 13.* E contra *Marshallus* vir utique in omni praxi veratissimus, *Tom. 2. Tract. 3. Tit. 4. quaest. 4. dub. 4.* credit in illis votis Episcopos posse dispensare ex usu communi & interpretatione iuxta: videtur enim usus contra reservationem praescripsisse. Sic ille.

Hinc Episcopi possunt dispensare in votis castitatis non perpetuae, suscipiendi statum Begginarum, non fornicandi, non nubendi, non petendi debitum, suscipiendi sacros Ordines. Item in quibusdam qualitatibus voti reservati, ipso reservato manente quoad substantiam, v.g. cum eo, qui vovit ingredi religionem strictiorem, ut possit ingredi laxiorem. Item in voto non reservato, in quod Pontifex commutaverat votum reservatum: nam tunc est novum votum non reservatum.

Potes, An nullo casu possit Episcopus dispensare in voto simplici castitatis integre & perpetuae? Resp. Aff. cum Doctoribus communiter. Primò enim *Lessius* *sup. n. 127.* & alii contra *Suarez l. 6. c. 26. num. 4.* docent, posse Episcopum dispensare in simili voto per metu emisse, etsi non omnino gravem, nec per se sufficientem ad irritandum votum; eò quod reservatio tamquam odiosa sit strictè interpretanda de voto perfecte voluntario, & non coacto. Secundò in dubio, utrum votum sit validum vel reservatum: intelligitur enim reservatio de casibus certis in dubiis autem benignior interpretatio est sequenda.

Tertiò in voto conditionato, aequam conditio sit impleta: nam eo usque non est votum perfectum, quale solum censetur reservatum. Impletà autem conditione, cum fiat absolutum, non potest dispensare iuxta Doctores passim: contrarium tamè est probabile in voto poenali, quo vovet quis castitatem, v.g. hoc vel illud peccatum committat: nam tale votum non fit ex affectu castitatis, sed potius in poenam, ut ex metu obligationis ad castitatem peccatum evitetur. Immo Varii Doctores (inter quos *Diana P. 3. Tr. 5. Resol. 25.* cum aliis, quos citat) idem probabiliter censent de quibusvis conditionatis, eò quod non videantur perfecta vota castitatis, scilicet in radice, utpote non procedentia ex directo affectu ad rem promissam; quod tamen *Lessius* *dub. 18. n. 137.* cum plerisque aliis non admittit.

Quartò in voto disjunctivo, quo vovetur v.g. castitas vel jejunium perpetuum, antequam scilicet vovens aliquam partem determinaverit, sicut enim hic potest eligere partem non reservatam, sic Episcopus potest

De tribus peregrinationis votis quid habeat consuetudo.

60. Allegantur varia vota ab Episcopis dispensabilia.

61. Dispensat Episcopus in voto castitatis integre & perpetuae aliquibus casibus. Primò si sit emissum ex metu, nisi non adeo gravi. Secundò in dubio de valore vel reservatione voti.

62. Tertiò in voto conditionato non impleta conditione. Secus haec impleta.

Est nonnulli tradicant.

63. Quartò in voto disjunctivo de una parte non reservata.

56. Requiritur iuxta causam: & quom.

Regulariter admittenda commutatio.

57. Potestas dispensandi competit Ecclesiae.

58. Et quidem Summo Pontifici ex jure divino.

59. Jure ordinario Episcopi respectu subditorum.

Exceptis quinque votis Papae reservatis.



Quintò in voto ac. es. foris ad principale non reservatum.

64. Sextò cum conjugè durante matrimonio.

An aliquando ante matrimonium.

65. Prælati regulares in votis de jure dispensant in suis subditis, ubi Episcopi cum suis.

66. Vis ex privilegio confessorii Mendicantes, aliis cum ipsis in privilegiis communiantes.

potest cum ipso dispensare. Secus est, si jam elegerit partem reservatam. Quintò in voto accessorio ad aliud principale non reservatum, v.g. si quis voveat non nubere sub pena servandæ castitatis vel ingrediendi religionem, sublato per Episcopum voto non nubendi, tollitur aliud-accessorium: at si principale sit reservatum, potest tantum dispensare in accessorio.

Sextò cum conjugè, qui post votum castitatis contraxit matrimonium, potest ob periculum incontinentiæ dispensare, ut peccat debitum, immo ut petendo consummet: soluto tamen matrimonio, redit obligatio voti, quod proinde tantum est dispensata partialiter & ad tempus. Idem est juxta plures Doctores, aliis contradicentibus, si conjuges emiserint, contracto jam matrimonio, votum perfectæ continentiæ mutuo consensu, & postea ingruat periculum incontinentiæ, prout habet usus inveteratus Episcoporum. Immo plures putant Episcopum posse dispensare in voto castitatis perpetuæ & integræ, etiam ante contractum matrimonium, si difficultas sit ad Pontificem recursus, ob paupertatem, sexum vel aliam causam: si imminet periculum incontinentiæ, infamiæ, scandali aut gravis damni tertii: quamvis alii dicant, Episcopum tunc non posse simpliciter dispensare, sed ad tempus, quo durat periculum, voti executionem suspendere.

Tertio, quæ sit potestas ordinaria dispensandi in votis suorum subditorum penes prælatos regularium exemptorum, qualis residet penes Episcopos respectu suorum subditorum: illi enim sunt pastores ordinarii cum jurisdictione spiritali in subditos, sicut Episcopi in suos. Parochi autem & simplices confessarii etiam Monialium, nullam habent facultatem dispensandi jure ordinario: sicut nullam habent jurisdictionem nisi in foro sacramentali: quamvis illis possit facultas dispensandi delegari ab habentibus potestatem ordinariam.

Itaque quartò confessarii ordinum mendicantium, & qui participant in eorum privilegiis, habent potestatem delegatam dispensandi in omnibus votis, in quibus de jure Episcopi, sive in omnibus votis Papæ non reservatis. Ita concessit Julius II. Congregationi Benedictinorum & S. Bernardi, Martinus V. item Benedictinis, Innocentius VIII. vivæ vocis oraculo Minoritis. Addit Bassæus V. votum VII. n. 10. concessionem Eugenii IV. factam congregationi S. Justini. Ex quibus à fortiori patet potestas confessoriorum Mendicantium ad vota commutanda. Quibus adde Paulum III. qui expressè concessit confessorii Societatis Jesu ab ordinario approbati facultatem commutandi omnia vota (etiam jurata ex extensione Gregorii XIII.) undecumque venientium ad confessionem in alia pietatis opera, exceptis quinque reservatis. Denique

pro Missionariis, sive pro euntibus ad conversionem, quorumcumque infidelium sive hæreticorum, amplissima facultas dispensandi, etiam in votis simplicibus castitatis & religionis, cetera Carmelitis disalceatis & consequenter aliis Mendicantibus, à Clemente VIII. Bulla, Dominici gregis, refertur à Bassæo sup. n. 29.

Facultas porò delegata generaliter confessorii Mendicantium intelligitur à Rodriguez, Suarez, Tamburino, Sanchez apud Bassæum sup. n. 29. & aliis passim, cum restrictione de votis, in quibus possunt Episcopi dispensare de jure, seu jure ordinario, non autem de iis, in quibus competit Episcopis facultas, ob extraordinariam necessitatem, v.g. periculum incontinentiæ, dum non est accessus ad Pontificem: isti enim casus exinde non censentur episcopales, aut Episcopo jure subjecti, sed dispensatio Episcopi cadit in materiam verè reservatam ex quadam benigna interpretatione Pontificiæ voluntatis.

Hinc confessarii Mendicantium possunt dispensare in voto castitatis emissum à conjugè post contractum matrimonium, etiam de licentia alterius conjugis (dummodo ambo non voverint continentiam communi consensu & contractu) nata post votum castitatis imperfectæ; adeoque non reservatum Papæ, cum equidem talis conjugux teneatur reddere debitum. Non possunt tamen vi generalium privilegiorum dispensare ad petendum debitum durante matrimonio, cum iis, qui illud contraxerint cum voto castitatis antea emissio, utpote reservato Papæ. Specialiter equidem hanc facultatem, uti & dispensandi cum facultatis ad petendum debitum eis concessit Pius V. vivæ vocis oraculo, si tamen prius deputentur à Provinciali, quæ deputatio est necessaria juxta tenorem concessionis & praxim: quamvis aliqui oppositum putent apud Diana P. 5. Tr. 13. Resol. 46. ubi id ipsum non improbable existimat. Et hæc quidem dicta sunt inhærendo communi explicationi facultatum confessorii Mendicantium generaliter factarum.

Nihilominus miratur Cronsers in 6. 7. Reg. S. Francisci lect. 29. fieri communiter præmissam restrictionem privilegiorum: cum in præfatis circumstantiis & casibus extraordinariæ necessitatis dispense Episcopus auctoritate delegabili & perpetuè annexa dignitati episcopali; adeoque jure ordinario, quo manet in Episcopis dicta facultas, quamdiu non fuerit eis legitime subtracta circa similes casus. Quare in eisdem casibus & circumstantiis posse dispensare confessorios Mendicantium, sicut Episcopos, putat satis probabile. Cujus sententia satis placet Bassæo supra, qui refert visam in consistorio Cardinalium Anno 1629. & toleratam fuisse. Accedit, quòd privilegia ista sint latè interpretanda, præ-

da; patiantur autem hanc interpretationem.

70. An potestas dispensandi & commutandi vota extendat se ad iuramenta? Negat Lessius l. 2. de iuramento c. 42. dub. 12. n. 60. & alii, eò quod votum & iuramentum sint disparata, nec unum comprehendatur sub alio in propria ver-

borum significatione, ultra quam non sunt privilegia extendenda. Affirmat non improbabiler Suarez de irritat. vot. l. 6. c. 14. n. 6. & alii, si ratio sit de iuramentis Deo factis, quibus nullum homini jus acquiritur, eò quod hæc videantur inducere rationem voti. Quod certius est de iuramentis confirmatoris voti, seu accessoris ad votum, qui enim potest tollere principale, potest & accessorium.

DISPUTATIO QUINTA.

De Statu Religioso.

QUESTIO I.

De Requisitis ad Statum Religiosum.

I. Quid statum hic.



TATUS hic non accipitur pro quavis conditione, in qua homo perstat & permanet: juxta quam status accceptionem, dictus est status innocentiae, legis naturæ, status hujus vitæ &c. sed status hic accipitur strictius pro conditione vitæ immobilis, per quam alteri adstricti sumus. Sic D. Thomas 2. 2. q. 183. art. 1. & alii communiter dicunt esse tres status, videlicet Episcopatum, qui Ecclesiæ, Religiosorum, qui divino cultui, & Conjugum qui sibi mutuo obstricti sunt pro tota vita.

2. Item Religio.

Nomen ergo Religionis hic non sumitur pro virtute, quæ Deus colitur, nec pro forma cultus omnibus communis, vel pro talis formæ professione, per quam homo mancipatur divino obsequio, quantum est necessarium ad salutem, unde dicitur Religio Christiana: sed pro particulari forma & professione, quæ homo ex libera sua voluntate penitus se divino addicit obsequio. Hæc supponit omnia ad quæ obligat communis Religio, & insuper quædam alia superaddit, quæ ad perfectionem conducunt, hujusque professores vocantur Religiosi. His notatis

3. Ad eam requiruntur tria vota generalia.

Dico ad essentiam Religionis perfectæ & completæ requiri tria vota perpetua puritatis, castitatis & obedientiæ & approbationem Ecclesiæ. Prima pars probatur: quia cum juxta communem omnium fidelium sensum Religio sit forma quædam seu obligatio ad formam vitæ ducentis ad imitationem Christi & charitatis perfectionem: hæc autem perfectio obtineri moraliter non possit, nisi bona externa, carnis voluptates & propriæ voluntatis usus, tamquam præcipua perfectionis impedimenta, amoveantur, hinc ad statum Religiosum moraliter necessaria sunt tria vota, per quæ

animus à prædictis impedimentis stabiliter & permanenter liberetur & perfectioni acquirendæ adaptetur.

Ideoque de voluntaria paupertate Matth. In Scriptura 19. dicitur: si vis perfectus esse, vade vende omnia, qua habes. Et de castitate ibidem, sunt eunuchi, qui seipso castraverunt propter regnum celorum: & clarius 1. Corinth. 7. Apostolus multis inculcat statum matrimonii obesse perfectioni: statum autem castitatis efficere, ut Deo vacari possit. De obedientia habetur ad Philippen. 2. quod Christus factus sit pro nobis obediens, qui utique dedit formam status perfectionis. Unde Matth. 16. dicit. Si quis vult post me venire abneget semetipsum.

4. Unde sacerdotes non sunt eo ipso Religiosi.

Hinc Sacerdotes non sunt eo ipso Religiosi: quia non faciunt votum paupertatis, aut rigorosæ obedientiæ, & ideo non offerunt se Deo in perfectum holocaustum, sicut faciunt illi, qui per obedientiam consecrant animam Deo, per castitatem corpus, per paupertatem res externas. Et sic expediunt se ab omnibus, quæ non sinunt liberè animam ad perfectionem aspirare, & in bono se exercere.

5. Insuper requiritur approbatio Ecclesiæ.

Secunda pars, scilicet quod requiritur etiã approbatio Ecclesiæ, probatur ex communi usu & sensu Ecclesiæ; & ratio est: quia sine hac approbatione non potest esse status spiritualis distinctus à communi statu Christianorum, sed omnes essent merè laici subiecti potestati sæculari. Ergo cum status Religiosus sit spiritualis, dependet ab approbatione Ecclesiæ: hæc enim mediante dependet à Christo: & sic Religiosus obedit suo prælato, tamquam Christo, seu tamquam à Christo potestatem habenti & ejus vices gerenti.

6. Quo sensu consistat in tribus votis essentialibus.

Nec obstat, quod Religio dicatur consistere in tribus votis substantialibus: hoc enim intelligendum est de eo, quod requiritur ex parte voventis, utra quod ex parte suscipientis requiritur auctoritas, ut per se satis patet.

7. Cur subiectio per tria vota alteri

Dices: potest se quis alteri subicere per tria vota: ergo approbatio Ecclesiæ non est necessaria ad essentiam Religionis. Resp. N. C.

facta non
sufficiat ad
essentiam
Religionis.

N. C. quia illo casu superior non habebit potestatem spirituales & Ecclesiasticam, sed merè naturalem & ab altero susceptam, & tantum ex vi voti tenetur vovens ei obedire, non autem ex vi jurisdictionis.

Unde non poterit ei infligere penam spirituales. Deinde per illam potestatem non repræsentabit Christum, nec ejus vires geret: cum ab illo potestatem non acceperit. Præterea si quis alicui communitati tali modo esset præpositus, status ille non esset tam immobilis: quandoquidem talis communitas & congregatio facile possit dissolvi, si nimirum superior renuntiaret juri suo, vel si, eo jure suo spoliato, subditi nollent alium eligere; ergo dicta approbatio est essentialis completo statui Religionis.

Nota I. non esse necessarium, ut hæc approbatio immediatè fiat à Pontifice: nam antiquæ Religionis videntur ab Episcopis approbatæ. Postea tamen Pontifici totam hanc causam sibi reservarunt, ut patet ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & Concilio Lugdunensi sub Gregorio IX. Unde patet vota Religionis non approbatæ ipso facto esse irrita, uti & vota paupertatis & obedientiæ emissa in Religione non approbata: quia illa dicuntur intrinsecum ordinem ad superiores in Religione. Idem probabile est de voto castitatis: quia non censetur Ecclesia illud acceptare nisi sine Dei, quando fit in Religione, quam prohibet: nec videtur vovens intendere se obligare, nisi ad castitatem in Religione servandam. Si tamen absolute intendat vovere erit validum. Ita Lessius c. 41. dub. 1. n. 14.

Nota II. Secundum Doctores & antiqua jura ad statum Religiosum requiri solemnitatem votorum: sed hæc per se non est necessaria, modò vota simplicia acceptentur ab Ecclesia & emittantur in aliqua congregatione approbata: quia solemnitas votorù solo jure Ecclesiastico est introducta: ergo si Ecclesia vota simplicia in ordine ad statum Religiosum acceptet, per illa fient veri Religiosi, qui in aliqua Religione approbata illa emiserint. Constat hoc ex Constitut. Gregorii XIII. quæ incipit, *Ascendente Domino*, quæ statuit, ut clerici Societatis Jesu pro Religiosis habeantur, & contrarium vetat doceri sub poena excommunicationis & inhabilitatis ad omnia beneficia & officia Ecclesiastica. Et licet in illa societate non sit ultro citroque stabilitas & obligatio (quia Societas non obligatur Religiosis, etiam si Religiosi obligentur Societati, ut non possint dimissionem datâ operâ procurare) Pontifex tamen potest dispensare in solemnitate votorum, ut dictum est, adeoque potest dispensare in hac stabilitate, aut eam non requirere, quantum est ex parte Religionis, ut possit liberè & justas ob causas suos dimittere. Vide Lessium c. 41. dub. 1.

QUÆSTIO II.

De Religiosorum Diversitate, Perfectioribus, & qui eas ingredi possunt?

SUPPONO diversitatem non provenire ex votis essentialibus aut approbatione Ecclesiæ: quia hæc omnibus sunt communia.

DICO I. Diversitas Religionum provenit ex particulari sine cujusque ordinis: quidam enim instituti sunt ad functiones vitæ cõtemplativæ, ut sunt omnes Ordines Monachales, scilicet *Basilii, Benedicti, Bernardi* &c. Alii, ut se occupent in functionibus vitæ activæ, v. g. ad servitium pauperum, defensionem Ecclesiæ &c. Alii denique in functionibus vitæ tam activæ, quam cõtemplativæ, ut sunt Ordines mendicantes.

Secundò provenit illa diversitas ex particularibus ritibus, quibus Ordo quilibet utitur ad vota essentialia melius observanda, ut sunt diversitas habitûs, statutorum, asperitatum &c. etiam inter ejusdem regulæ professores, quæ diversitas non modicum est ornamentum Ecclesiæ & ad hoc ordinatur, ut quisque secundum capacitatem & desiderium perfectionis possit eligere Religiosum sibi magis convenientem.

DICO II. Si perfectio Ordinis desumatur à fine, perfectiores sunt, qui insuntur cõtemplationi, quam qui tantum se dant actioni. Patet ex illo Christi: *Maria* (dedita cõtemplationi) *optimam partem elegit*. Illi tamen, qui utrique simul insuntur, id est, cõtemplata in proximorum salute expendant, sunt ceteris perfectiores, ut patet exemplo Christi, qui orationi conjungit prædicationem & alia opera, procurantia proximorum saluti idonea.

DICO III. Si perfectio Ordinum spectetur ex mediis, quibus tendunt in finem, illi sunt perfectiores, sive sint cõtemplativi, sive activi, vel etiam mixti, qui aptioribus mediis ad finem intentum cõtendunt. Inde, ceteris paribus, quod major urget obedientia & paupertas, eò Religio est perfectior.

Quod attinet ingredientes, certum est posse omnes & solos illos ingredi, qui sunt sui juris. Unde primò Episcopi, qui sunt obligati suis Ecclesiis sine licentia Pontificis probabiliter invalide profitentur votum tamen Religionis ab eis emissum, est validum: quia fieri potest, ut illud, & ipsis, & Ecclesiis sit melius, adeoque si voverint, tenebuntur Pontifici indicare & obtentâ licentiâ ingredi.

Secundò conjuges consummato matrimonio sine mutuo consensu invalide profitentur. Patet ex c. *Quidam* & c. *Placet*. De *conversione conjugatorum*. Qualiter autem fas sit ingredi sine consensu compartis ante cõsummationem matrimonii: item qualiter ex mutuo

7.
Approbatio
hæc an im-
mediatè
à Pontifice
facienda.

8.
Item an ne-
cessaria sit
votorum so-
lemnitas.

ex mutuo consensu possunt conjuges ingredi Religionem etiam post consummationem, tractatur in materia de Sacramento matrimonii: ubi quoque, exigitur casus adulterii (idem ex constitutione juris est de haeresi post separationem factam iudicio Ecclesiae) et quoddam illud sit iudiciens causa perpetui divortii.

14. Tercio servus non potest ingredi Religionem absque consensu domini c. Si quis 17. q. 2. quia quoad actiones totus est domini: unde si quis professionem fecisset, restitutus esset domino, licet tunc teneretur servare castitatem, si scilicet absolute & independenter à Religione promississet eam. Quod si autem per triennium ab anno probationis non fuerit quaesitus, non est restituendus, sed reddenda sunt tantum ea, quae in monasterium intulit. Ita cap. cit.

15. Quarto filius non potest intrare Religionem, si parens ejus gravi necessitate prematur, & nequeat illi, nisi in saeculo maneat, providere: jure enim natura tenetur eo calu parentem alere. Hoc tamen intellige, nisi filius non possit in saeculo sine gravi animae periculo manere: quia non tenetur se exponere illi periculo animae ad subvenendum parenti in temporalibus. Idem est dicendum de parente, si filius in eadem necessitate constituatur: quia etiam parens jure naturae tenetur filium alere.

16. Quod si filius stante ea necessitate professionem emisit, tenebitur egredi & parenti subvenire: ubi vero subvenire, vel parens mortuus fuerit, tenebitur ad Religionem redire: quia professio ejus non fuit iusta, sed solum suspensa: si vero post professionem in ille casus necessitatis parenti obvenerit, non tenetur egredi, nec potest repugnante Praelato: quia jam est sub potestate Praelati & non parentis: obtenta vero licentia non poterit habitum dimittere, nisi aliter parenti non poterit subvenire commode. Quod solum intelligendum est de gravi necessitate, in qua possit utique sustentari, licet aegre: nam in extrema necessitate teneretur egredi, petita tamen prius, etsi non obtenta licentia.

17. In gravi necessitate fratrum aut sororum, sui juris existentium, non tenetur Religiosus statum suum deserere: immo juxta Suarez l. 5. c. 6. n. 4. & alios, potest ea non obstante Religionem ingredi, quamquam aliqualis dilatio indubie laudabilis sit, seculo voto Religionem determinato tempore ingredienditalem autem voto supposito Castro Palao de Statu Relig. disp. 1. punct. 7. §. 5. v. 13. contra Sanchez l. 4. Mora. c. 20. n. 32. in periculo impudicitiae sororum id licere existimantem, censet ob nullam gravem fratrum vel sororum necessitatem propria auctoritate posse differri ingressum ultra praefixum tempus.

Quinto non possunt ingredi Religionem impuberes: nam in omnibus sub sunt parentibus vel tutoribus. Ubi autem ad annos pubertatis pervenerint, possunt etiam invititis parentibus Religionem intrare. Denique non potest ingredi Religionem, qui caret conditionibus requisitis juxta cujusque Religionis regulas & statuta. Qualiter autem alii, ut deflorator virginis sub promissione etiam facta matrimonio, obligatus alicui, vel ad danda rationia &c. impediatur ab ingressu Religionis, colligi potest ex dictis in Tract. de jure & justitia.

18. Impuberes & alii Religionem ingredi non valentes reconstantur.

QUESTIO III.

De Requisitis ad Valorem Professionis.

Suppono professionem fieri vel expressam, dum quis utitur aliqua forma professionis, qua animum suum declarat: vel tacite, idque tripliciter. Primo ferendo per triduum habitum professionem, ubi is aliquo signo externo distinctus est. c. Constitutionem De Regularibus in 6. Secundo si tali habitu suscepto faciat aliquod opus professis proprium statim sic professus. c. Vidua de Regularibus. Tercio si in Religione, in qua non est distinctio habitus novitiorum & professorum, deserat habitum per totum annum, in termino anni censetur professus c. Ex parte de Regularibus. Debent tamen haec fieri animo saltem tacito proficendi, & consentiente illo, cujus est ad professionem admittere. Verum hujus professionis tacitae post Tridentinum non est magnus usus, nisi ad ratificandam professionem expressam, quando ex aliquo defectu fuisset irrita, ut statim dicitur.

19. Professio alia est expressa, alia tacita.

Ad professionem autem, ut valide admittatur, requiruntur aliqua, vel ex dispositione juris antiqui vel novi Tridentini. Et quidem ex parte profitentis requiritur primo aetas sexdecim annorum completorum, ut expressè statuitur in Tridentino sess. 25. de Regularibus c. 15. & professio ante talem annum facta nullam plane inducit obligationem nullumque effectum. Ubi tamen Tridentinum non est receptum, standum videtur juri antiquo, quo minor aetas sufficiebat.

20. Ad valorem professionis requiritur in primis aetas sexdecim annorum.

Secundo requiritur annus novitiatus completus (& quidem juxta Doctores communissime, contra nonnullos, de momento in momentum, Argumento legis 3. §. Minorum ff. de Minoribus) ita ut eo non impleto professio sit nulla, & Praelati admittentes aliquem ad professionem, anno probationis non expleto, peccent mortaliter, utpote contravenientes Tridentino supra: & insuper Mendicantes sunt excommunicandi &

21. Deinde annus novitiatus de momento in momentum completus.

di & suspensi ipso facto ab officio admisionis ad professionem. *Non solum. De Regularibus in 6.*

In anno vero bissexto duo dies computantur pro uno, & sic etiam quoad annum probationis computari debent: nam cum hæc materia sit politica & civilis de ea civiliter loquendum est. Unde annus probationis non debet esse annus solaris & naturalis, qui necessarid continet 365 dies & sex circiter horas, sed debet esse annus à republica ut talis declaratus. Ita *Rodriguez Tom. 3. qq. Regul. q. 15. art. 5. Sanchez l. 5. Moral. c. 4. num. 5.*

Non quidem solaris, sed politicus seu civilis.

23. Excepto casu mortis novitio imminetis.

Pius V. tamen citatus apud *Rodriguez supra art. 6.* concessit Monialibus Sancti Dominici, ut novitia, iudicio medici statim moritura, pro sua consolatione & utilitate spiritali ante annum completum probationis, modò ætatem sufficientem habeat, profiteri possit in manibus Priorissæ, & lucrari indulgentiam plenariam. In hac concessione communicant Mendicantes, eamque non esse revocatam à Gregorio XIII. testatur *Rodriguez supra.* An autem ejusmodi novitiæ succedat monasterium, dubitatur. Negat cum aliis *Rodriguez supra.* Affirmat *Sanchez sup. num. 16.* & cum eo, aliisque *Diana P. 3. Tract. 2. Resol. 17.*

24. Debet ipse per esse integer & continuus.

Hinc annus novitiatus secundum sententiam communissimam Doctorum, ut sit legitimus, debet esse integer & continuus, nec sufficit, quòd sit interpolatus. Qualis autem interruptio ad discontinuationem anni novitiatus sufficiat inter Doctores controversatur. *Lessius c. 41. dub. 7. num. 59.* paucorum dierum interruptionem non sufficere existimat. *Suares* putat hanc discontinuationem ex gravitate actionis interruptentis esse delendam, ut si quis dimisso religionis habitu extra monasterium dimittatur aut egrediatur animo non redeundi, etiam ad brevissimum tempus, secus si habitu tantum spoliatur, etiam per diem, & postea mutata sententia propria vel Superiorum iterum induatur. Vide ipsum *Tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 15. num. 6. & seqq.*

Qualis interruptio sufficiat ad discontinuationem.

Et an in monasterio peragendus.

Non est tamen de rigore necessarium, ut ipse annus in monasterio peragatur, modò cum licentia superioris, & sub ejus obedientia extra monasterium transigatur, ut ostendit *Sanchez l. 5. c. 4. num. 27.*

25. Ad ejus probationem non requiritur annus decimus quintus completus.

Ad inchoandum autem annum novitiatus non est necesse ex vi Tridentini habere annum decimum quintum expletum, ut notat *Lessius cap. 41. dub. 7.* quia professio tantum, non verò annus novitiatus habet determinatum tempus. Nec etiam necesse est, statim absoluto novitiatu admittere ad professionem, modò sit justa causa differendi. Vide plura de his apud citatos auctores.

26. Novitius debet esse liber ab impedimento substantialibus. Tertiò ut nullum habeat impedimentum ex iis, quæ tamquam essentialia sunt constituta in isto ordine. Si verò esset impedimentum, non tamen ex substantialibus alius Religionis, licet peccaret proficere illud subicendo, tamen professio esset valida.

27. An requiratur validus ordo preparatorius. Quarto requirunt aliqui valetudinem, ut possit committia Ordinis exercitia & austeritates obire. Sed *Sanchez sup. n. 52.* ex aliis deducit validè profiteri, cum possit servare tria ista, quæ sunt verè substantialia: statuta enim & regulæ tunc tantum obligant, quando non est justa causa ea non observandi. Talis autem infirmus obligaret se ad ea servanda, quando justa causa non excusaret.

28. Quis error sufficiat ad invaliditatem professionis. Quintò requiritur, ut non contingat error circa substantiam rei promissæ. De quo multa *Sanchez lib. 10. de Matrimonio disp. 9.* qui tandem *num. 21.* concludit professionem Religionis esse validam ex quoque errore profectam, modò error ille non sit circa substantiam rei votæ: ut si quis profiteretur in Religione Sancti Dominici putans se profiteri in Religione Sancti Francisci, aut substantia regulæ vel institutæ, additque professionem æquiparari matrimonio quoad hoc, quod sicut matrimonium per solum errorem personæ irritatur, ita etiam professio per errorem similem errori personæ: nisi forte circumstantiæ per modum conditionis à vovente intendentur: nam tunc professio, non subsistente tali conditione, esset irrita.

29. Et quæ sint causæ invaliditatis. Sextò ut non intercedat metus gravis injustè incussus ad extorquendam professionem: hanc enim esse invalidam communiter docent Doctores ex c. *Perlatum de iis, quæ vi metusve causâ fiunt.* Metus autem gravis & levis respectum dicunt ad personas, quibus metus infertur, & in puellis facilius contingit, quàm in viris.

30. An requiratur potestas. Septimò ex parte monasterii requiritur admissio ejus, qui potestatem habet, ut patet ex natura contractus: professio namque est contractus reciprocus, quo Religiosus se obligat in perpetuum ipsi ordini & ipse ordo se obligat ad eum alendum & regendum in spiritalibus juxta institutum. Ut autem hæc admissio sit legitima debet esse potestas in admittente.

Hinc si vota admittantur ab eo, qui legitimarè potestatem non habet, vororum emissio non facit religiosum. Qualis autem debeat esse potestas, & cujus sit admittente, ex consuetudine & particularibus Religionum statutis plurimum pendet.

31. An sufficiat potestas inferior. Nota I. Professionem factam ante ætatem à Tridentino requiritam nullam parere obligationem, ne quidem in ratione voti simplicis. Idè est de professione invalida conjugati facta invitâ parte. De cetero Doctores satis

QUESTIO IV.

Quibus modis Tridentinum consulat libertati professionis?

VARIA statuit Lessius p. 1. c. 16. Ut nulla renuntiatio aut obligatio antea facta etiam cum juramento, vel in favorem cuiuscumque causa pia valeat, nisi cum licentia Episcopi sive eius Vicarii fiat, intra duos menses proximos ante professionem, ac non alius intelligatur effectum suum sortiri, nisi secunda professio. Excipiuntur autem clerici Societatis Jesu.

34. Nulla renuntiatio vel obligatio novitius tenet, nisi secunda professio.

Idem dicendum putat Lessius l. 2. de Statu Religioso c. 41. dub. 4. n. 40. de renuntiatione vel obligatione facta intuitu professionis ante novitium: nam hæc æqualiter officit libertati profectiu, cui omnino copulere voluit Tridentinum. Sed contradicit Sanchez l. 7. c. 5. n. 4. tum quia hoc clarè in verbis Concilii non exprimitur, tum quia, ut ipse refert, in regio prætorio Granatensi, lite utrimque agitata, sic profectiu est à sex regis iudicibus, & idem declaratum refert à Congregatione Cardinalium.

35. Quia facta sit ante novitium.

Nota I. Per prædicta non prohiberi testamentum: quia non est renuntiatio vel obligatio, nec adimit libertate: cum non habeat vim ante professionem. Et idem dicendum est de quavis alia dispositione conditionali relata in tempus professionis, ac de alia revocabili.

36. Secus est de testamento, alijque dispositionibus in tempus professionis conditionali relatis.

Nota II. Non vetari nec irritari contractus onerosos Novitii, in quibus æquale recipitur: finis enim hujus decreti in his non militat, nec sunt renuntiatio, nec pura obligatio. Item non irritantur contractus, quibus novitius exponitur periculo lucri & jactura, quales sunt contractus societatis & ludi: quia nec hi renuntiationis vel obligationis nomine intelliguntur, nec per hos dicitur novitius se spoliare bonis aut minuere patrimonium.

37. Et contractibus onerosis non irritantur.

Nota III. Novitium non posse esse fidei iussorem nec posse remittere debita, aut renuntiare juri petendarum rationum à tutoribus vel aliis receptoribus. Potest tamen integros & perfectè redditos coputus comprobare. Vide Sanchez sup. n. 35.

38. Qui non de jure.

Nota IV. Decretum Concilii probabilius etiam habere locum in renuntiatione beneficii ecclesiastici, tum quia hoc decretum universim agit de renuntiatione, tum quia finis ejus in hoc quoque locum habet. Et ita declaravit congregatio Cardinalium, ac tenet Sanchez sup. n. 38. addens idem dicendum de renuntiatione officiorum temporalium.

39. Nec renuntiare beneficio ecclesiastico.

Potes: An donationes causâ mortis monasterio factæ valeant, si novitius ante professionem moriatur & eas non revocet? Resp. affirmativè cum Suarez l. 5. c. 16. n. 11.

40. Potes: An donationes causâ mortis.

32. An saltem habeat vim voti simplicis castitatis.

32. Professio invalida qualiter ratificatur.

33. Ad hanc ratificacionem non requiritur novicia admissio.



nam per Concilium non prohibetur novitio condere testamentum, quod tamen morte naturali ante professionem secuta confirmatur: ergo etiam donatio causa mortis naturalis morte naturali secuta confirmabitur: quia est par ratio. Deinde illa non potest dici renunciatio vel alienatio simpliciter (de quibus Concilium loquitur) cum ob hoc non minuat libertas in professione faciendam vel continentiam.

40. Prohibet Trid. p. nem bonorum traditionem in monasterio faciendam ante professionem.

Secundo Concilium supra excepto vitio & vestitu vetat quamcumque actualem traditionem honorum novitii, per quam in potestatem, usum, administrationem, vel etiam dominium monasterii veniant, etiam non obstante quacumque obligatione illa reddenda si non sequatur professio. Ita Sanchez l. 5. c. 9. n. 16. Et satis patet ex ipso Tridentino. Circa quod

41. Non autem modicas elemosinas.

Nota I. Tridentinum ibi non prohibere modicas elemosinas a novitio vel propinquis monasterio vel pauperibus factas: & hoc, quia illae non obstant libertati egressus. Similiter non prohibetur, quin parentes possint facere elemosinas monasterio, si sint de bonis propriis, nec in dote vel bonis novitii computantur. Ita cum aliis Sanchez sup. n. 22. & 23.

42. Qualiter obligatur Religio novitii egressu restitueri, quae inpleatur.

Nota II. Et si Tridentinum praecipiat, ut abeuntibus ante professionem omnia, quae sua erant, restituantur, tamen non teneri Religionem restituere novitio egressu, quod intulerat in suam sustentationem, nisi aliquid superesset. Quod si nihil contulerit, sed tantum se obligaverit ad solvendas expensas, non poterit Religio impedire liberum ejus egressum: poterit tamen, eo concessio, debitum exigere. Citra tamen promissionem novitii non obligatur ex lege justitiae ad solvendas expensas: tum quia reditus & elemosinae Monasterii sunt etiam ad alendos novitios, tum quia novitii in ingressu sese offert ad servitium & utilitatem communitatis.

43. Ordinatio Trid. circa libertatem puellarum proficere volentium.

Tertio statuit c. 17. v. si puella, quae habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat: nec postea ipsa vel alia professionem emitat, quam exploraverit Episcopus, vel eo absente vel impedito ejus Vicarius, aut aliquis coram sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntate diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat. Vult deinde ut de tempore professionis uno mente artea teateatur Praefecta monasterii Episcopum certior reddere, alioquin sit ab officio suspensa quoad Episcopum videbitur.

44. Etiam adhibito anathemate in eos, qui puellam directam vel indirectam ad professionem cogunt.

Quarto c. 18. anathemati subijcit omnes, qui quomodocumque virginem vel mulierem quamcumque invitam ad ingressum, habitum vel professionem coegerint, vel scientes eidem actui praesentiam, consentum vel auctoritatem interposuerint, aut ad hoc consilium, favorem vel auxilium dederint nisi in casibus in jure expressis, qui sunt sequentes. Primo, quando prius religionem voverunt

possunt compelli, ut votum impleant. Secundo, quando unus conjugum consensu dispositionis juris contenti in alterius professionem vel in eam ordinum susceptionem. Tertio, quando quis citrae admittit ob quod in religionem est detrudendus.

Nota I. Per hanc, quomodocumque, comprehenditur etiam indirecta coactionem, qualis est, si parens filiam quotidie male tractet, verbis vel actibus contumeliosis. Existimat tamen Sanchez sup. n. 5. hoc fieri debere ex intentione, ut totum affecta religionem ingrediatur: nam si fiat ex defectu amoris vel naturali austeritate, non incurritur haec censura, dummodo pater tempore ingressus non intelligat filiam non sponte ingredi: si enim hoc intelligens remedium non adhiberet, jam violentiam moraliter consummaret.

Nota II. Omnia de quibus loquitur Concilium, scilicet de praesentia, auxilio &c. reterenda esse ad coactionem, ideoque si haec non interveniat, non habere locum dictam censuram. Unde sciet dolus non minus minuat voluntarium, quam coactio, tamen qui consilio suo decipit, non incurrit hanc poenam: nam dolus non est coactio & lex poenalis non est extendenda. Deinde congregatio Cardinalium censuit patrem non incurere hanc censuram, qui filiam in hunc heredem sub conditione, quod monasterium ingrediatur, eo quod illa non sit inductio per vim, sed potius per concupiscentiam.

Nota III. Ob libertatem religionis Tridentinum eandem censuram extendere ad eos, qui impediunt virgines aut mulieres alias ingredi volentes religionem sine justa causa. Ubi, quia Concilium generalius loquitur, quam supra, etiam comprehendere voluit quoscunque modos injustos, non tantum per vim directam vel indirectam illam ipsi feminae, sed eos etiam, qui per similem vim monasterio illam impediunt receptionem. Deinde etiam eos, qui per dolum vel fraudem, etiam quae circa monasterium versetur, ingressum impediunt. Non tamen incurritur haec poena, si solum per preces impediatur: nam preces non sunt verum impedimentum.

Nota IV. Hanc poenam non incurrit, nisi actu sequatur effectus, nempe ingressus in monasterium in ordine ad suscipiendum aliquando habitum aut faciendam professionem, aut suscipiatur actu habitus, aut professio emitatur, aut de facto femina ab ingressu impediatur. Nec impediunt viros aut cogentes ad monasterium, licet peccent, hanc excommunicationem incurunt: cum poenae non sint extendendae.

Q U A E S T I O V.

Quos effectus habeat Novitiatu & professio Religiosa?

NOVITII primò gaudent privilegio clericali quantum ad immunitatem, ut in sanctorum

45. Secus si inter omnia dolo coactio seculari.

46. Qui Titul. consulas libertatis Religionis contra volentes ingressum impediunt.

47. Praefata poena non incurrit, nisi si secus.

48. Novitii ut in sanctorum

Qu. VI. Ad quid vi Voti Obedientia teneatur Professus &c. 535

privilegio clericali. ut in Canonem incidat, qui novitium percussit, juxta c. Religioso de sententia excommunicacionis in 6.

Fori. Secundo gaudet privilegio fori. Immo Episcopus non potest de delicto Novitii religionis exempta, aut alijs ejus, nisi cognoscere, nisi se illi subiciat. Videri potest de his Sanchez l. 4. c. 39. n. 17.

Et sui Ordinis. Tertio Novitii probabilius gaudet privilegij Ordinis. Ita Sanchez sup. & l. 6. c. 10. n. 22. & alii, quos citat.

Quarto, licet Novitii non possint incōscientia obligari præceptis Superioris vel Regulæ (ut passim docent Doctores) saltem per se, id est, secluso scandalo aliorum: ratione enim istius tenentur subinde vel statim relinquere vel in rebus communibus se conformare. Tenentur tamen ita subjacere religiose disciplinæ, ut per violentiam non resistant: nam hoc est necessarium ad convenientem gubernationem & ad vitandas magnas confusiones in monasterio, ideoque habitus suscipiens virtualiter ad hoc se obligat, pactum iniens cum Religione, ut quamdiu permanet, sicut ab ea doceri, dirigi & sustentari debet, ita etiã religiose corrigi possit.

Ptes: An Novitius possit castigari & potest dimitti? Resp. affirmative, si delictum sit tale, ut per dimissionem non sufficenter puniatur, v. g. si per hoc daretur novitij occasio libere peccandi & deficiendi in sua vocatione.

Hinc ne delicta maneant impunita putat Suarez l. 5. c. 16. n. 18. Novitium ad tempus posse detineri in carcere, nec hoc esse contra c. Statuimus extra, & c. Non solum in 6. De Regularibus, quæ præcipiunt Novitium liberè dimitti: loquuntur enim per se seu re integra, non verò impediunt justã punitionem delicti, ratione cujus Novitius specialiter subjectus est judici ecclesiastico & Prælato suo, à quo puniri & torqueri potest, si sit necesse, ut rectè docuit Navarrus Consilio 5. De foro competentis.

Quinto, Prælati potest Novitiũ cogere per censuras ad opera præceptorum, sicut Episcopus: talis enim præceptum non fundatur in voto obedientiæ, sed in jurisdictione ecclesiastica, quam Prælati habent etiam in Novitios.

Sexto, Novitius acquirit jus ad professionem, ita ut fiat ei injuria, si sine justa causa dimittatur, & habeat jus agendi contra Religionem, ne expellatur.

Dubium est, an illud jus Novitii sit rigorosum, & jus justitiæ commutativæ. Negant Aliqui nominatim Sanchez l. 5. c. 4. n. 59. Affirmat eam pluribus Lugo, cujus sententia est tenenda. Vide ipsius De justitia Diss. 9. sect. 3. n. 57. Puto tamen cum Sanchez supra posse expelli Novitium, cujus vita rationabilem incutit timorem inidoneitatis & mali successus: nam non tenetur Religio se exponere periculo nec potest, dum notabilis est causa timoris.

Ptes: An Novitius per se contrahat aliquam obligationem ad perseverandum in Herincx sum. Theol. Pars III.

statu suscepto? Resp. negative: quia Novitius liberè exire potest, ut dicitur c. Statuimus extra, & c. Non solum in 6. de Regularibus. Deinde nullo est lex talè obligationem inducens, nec intercedit aliquod votum vel promissio, ut suppono, nec interveit ibi ingratitude erga Deum: licet enim vocatio ad Religionem fuerit gratia: nõ tamen ideo obligat ad hunc gratitudinis modũ, scilicet perseverantiam: nam nulli jure aut ratione hoc probari potest: quia possit quis se ostendere gratum Deo in sæculo bene vivendo, vel religiosos mores imitando: quamquam ob infirmitatem animi nolit in Religiohe perseverare.

Nec obstant quædam jura, quæ verant Novitium redire ad sæculum: nam loquuntur de eo, qui in ingressu perseverantiam voverat. Vide Lessium l. 2. c. 41. Dub. 5.

Professio religiosa præterquam quod tribus votis obstringat hominem totum Deo & Religioni: Primò solvit vota simplicia priora, ut dictum est. Secundo acquirit profertens condonationem omnis pænæ peccatis debitæ in purgatorio, non instar Sacramentorum ex opere operato, sed ex opere operantis: quia excellentissimam tribuit Deo pro peccatis satisfactionem obligado se firmiter ad perpetuum sæculi abrenuntiationem, ut post D. Thomam 2. 2. q. 189. art. 3. ad 3. passim tradit Scolastici, quæ condonatio per emissionem votorum multò impetratur certius, quàm per indulgentiam plenariam. Vide hanc rem pulchrè apud Hieronymum Platium l. 1. De Bono Status religiosi c. 13. Tertio tollit irregularitatem defectu natalium, non absolute: quia talis (seclusa dispensatione) non potest eligi ad prælaturam vel beneficium habens curam animarum, sed solum ex parte, ut possit talis ordinari & beneficium simplex obtinere.

Alia irregularitates non per professionem sed specialibus privilegijs ordinum tolluntur. Unde falluntur, qui putant irregularitatem proveniente ex homicidio vel bigamia tolli Religionis ingressu.

QUESTIO VI.

Ad quid vi Voti Obedientia teneatur Professus & Specialiter Franciscanus?

Dico I. Tenetur vi voti parere suis Prælati, non solum Regularibus, sed etiam Romano Pontifici. De Regularibus est certum. De Pontifice probatur: quia ille est supremus Religionum omnium Generalis: ergo si suis immediatis parere teneantur, multò magis directo & supremo eorum superiori.

Hinc Religiosi non solum quã Christiani tenentur ei parere tamquam Vicario Christi: sed etiam quã Religiosi vi voti tamquam peculiari suo Superiori potestatem dominativam in ipsos habenti.

obligatur ad perseverantiam.

Nisi eam voverit.

53. Professus religiosa professione tenentur.

54. Vi voti obedientia Religiosus subijcitur summo Pontifici.

Dico II. Tenentur obedire præcipienti secundum regulam. Probatum: quia id primo & per se in voto obedientie continetur.

Secundum regulam præcipere censetur, non solum quando ea injungit, quæ expressè in Regula continentur, sed etiam ea, quæ implicite, & indirectè: nempe quia necessaria ad regulæ observantiam. Pre. Quo

Nota Prælatum Regularem communiter loquendo accepit: vi voti obedientie limitatam tantum jurisdictionem & dominium in subditos, secundum regulam scilicet, quam vovens proficitur: non enim fuit intentio ejus sese amplius obligare quam ad obedientiam juxta talem regulam. Unde præcipienti præter regulam aut supra eam non tenetur obedire, ut ostendit Sanctus Bernardus l. De Precepto & Dispensatione c. 8.

Hinc volenti novas austeritates introducere non tenetur parere: nec Capitula generalia possunt edere præcepta novum & astrictiorem modum continentia, nisi à singulis in particulari approbentur: vel si Capitulum tales leges ferat, obligare tantum eos, qui consentirent, aut in postea professuros: non vero eos, qui iam professi sunt, aut non consenserunt.

Quando rigor regulæ fuisset consuetudine legitimè mitigatus non tenentur professi antiquam & primævam servare, quia in professione sua intenderunt servare regulam mitigatam nec se obligare ad majores austeritates, quam tempore suæ professionis servatas invenerint. Si tamen Capitulum generale, aut hi, quorum est leges codere, vellent regulam collapsam ad pristinum statum reducere, teneretur professi eam reformationem acceptare, nisi expressè intendissent in sua professione non alià servare, quam quæ tunc servabatur, ut ex communi sententia tradit Sanchez l. 6. c. 2. n. 32. Ratio est: quia ex vi professionis, quando expressè aliud non intendit, professus censetur se voluisse obligare ad procurandam illius Religionis conservationem, ad quam cum maximè necessaria sit regulæ in pristinum statum restitutio, ad hanc procurandam vel non impediendam se tacite obligasse censendus est. Vide Marchant in Resolutionibus concernentibus Regulares casu 1.

Et inde à fortiori inferunt Doctores tenentur Moniales admittere reformationem Bonifacii VIII. c. 17. De Statu Regularium in 6. innovatam à Tridentino sess. 25. c. 5. de Regularibus, de servanda clausura aut ea introducenda: quia clausura est omnino necessaria feminis ad plenam voti castitatis observantiam.

Nota II. Ex eo, quod nimis difficilia, in regula non contenta, non possit superior præcipere, bene inferri, non posse Religiosis, quoti regula id non jubet, præcipi, ut eant ad missiones Indicas, vel inter hæreticos cum periculo vitæ & magnis incommodis: ac propterea aliquid operari votum solemne, quod emittunt professi Societatis Jesu de obediendo Pontifici circa missiones, &

quod emittunt Fratres Minores de obediendo in omnibus, quæ non sunt contra regulam: ipsam suam, ut in x dicitur.

Nota II. Licet virtus obedientie, si strictè sumatur, versetur solum circa rem præceptatam, si illa sit valde perfecta, inclinare aliquo modo Religiosum ad faciendam omnem voluntatem Superioris, est præceptum non imponeret: tunc enim voluntatem suam generatim vult esse pendentem à voluntate Superioris. Sed hoc intelligendum est de rebus communibus & minoribus: nam in extraordinariis & magni momenti Expediit non prævenire voluntatem Superioris: sed aliquando etiam expectare præceptum, ut in acceptanda prælatura &c.

Quænam autem & in quibus debeatur Abbatibus obedientia, videri potest apud Sanchez l. 6. c. 1. ubi n. 19. tenet illas non posse imponere præcepta spiritualia subditis, id est in ordine ad finem spirituales, cujus contrarium tamen docet Suarez l. 10. c. 1. n. 20. valde probabiliter.

Dico III. Fratres Minores ultra commune obedientie votum speciali voto sunt adstricti ad obediendum Romano Pontifici & vacante sede, Ecclesie, Patet ex c. 1. Regulæ. Quando tamen aliquid præcipit Pontifex fidelibus censetur etiam præcipere eidem præceptum injungere potestate jurisdictionis universalis.

Dico IV. Fratres Minores tenentur obedire suis Superioribus in omnibus, quæ non sunt contra animam & regulam. Patet ex c. 10. regulæ.

Contra regulam censetur, quæ vel sunt contra præcepta regulæ, vel contra statuta ad regulæ puritatem servandam ordinata.

Contra animam sunt, quæ vel sunt peccatum, vel proximè incensurum ad peccatum mortale, seu proximum illis habent periculum. His duobus terminis clauditur obedientia Fratris Minoris. Non tamen idcirco est liberum Superiori mandare, quæ lubet: debent enim præcepta esse rationabilia & fieri ex justa causa spectatâ gravitate, alijque circumstantiis. Unde Sanctus Franciscus improbasse & annullasse legitur præceptam per Fratrem Eliam generaliter à carnibus abstinentiam, quarum usum liberum permittit regula. Similiter monet D. Bonaventura in c. 12. regulæ non esse injungendam ex obedientia missionem inter Saracenos & alios infideles, nisi ijs, qui voluerint ire. Præterea sunt injungendæ notabiles austeritates aliæque virtutes heroicæ statum vitæ evangelicæ in regula promissa notabiliter excedentes: id enim foret irrationabile: immo id noluit S. Franciscus, ut habet expositio sine titulo.

Petes I. Ubi & quid obliget votum simplex obedientie? Resp. I. posse hominem per votum simplex obedientie se obligare Deo & hominibus, ita ut duplici obligatione simul obstringatur, fidelitatis respectu hominis, & religionis respectu Dei, ut per se patet. Similiter potest se obligare

55. Prelatus quidem dum præcipit secundum regulam.

56. Non vero dum novas austeritates introducit.

57. An rigore regulæ per legitimam consuetudinem mitigata Religiosi ad primævam tenentur.

58. Moniales tenentur admittere reformationem.

59. An Superior possit præcipere Religiosis, ut eant in periculis.

60. Item an obedientia inclinans subditum ad faciendam omnem Superiori voluntatem.

61. In quibus debeatur obedientia Abbatibus.

62. Fratres Minores specialiter ad obediendum Romano Pontifici.

63. Sicut autem Superioribus, in omnibus animæ & regule.

Quæ sunt contra animam.

64. Qualiter obliget votum simplex obedientie.

obligare soli Deo, aut e contra seorsim soli homini, ut etiam patet. Quando autem se obstringit soli Deo, vovens Deo se acturum aut omisiturum, quod homo præcepit aut voverit, tunc homo præcipiens solum applicat materiã voti citra obligationem ullam vovens erga ipsum hominem: sicut si quis voverit omni pauperi petenti dare eleemosynam, non obligatur pauperi, sed Deo, erga quem exurgit obligatio voti, posita petitione pauperis velut conditione applicante materiã voti: hoc posteriori modo consuetur regulariter mitti votum simplex obedientiæ, ut scilicet tantum obliget respectu Dei ex virtute religionis. Immo Suarez l. 10. c. 2. n. 14. putat iure ecclesiastico statutum, ut per tale votum non inducatur obligatio respectu hominis.

Circa hoc votum est notanda Fratri Minori voluntas Sancti Francisci, qui in priori sua regula, quæ tamen non obligat, expressè cavet, ne ulla penitus mulier ab aliquo Fratre recipiatur ad obedientiam.

Resp. II. Quantum ad modum obligationis huius voti simplicis ex parte materiæ præcipue spectandas esse conditiones, generalis voti, scilicet ut sit de re possibili, honesta & non impeditiva maioris boni. Deinde votum hoc quoad varietatem & difficultatem operum præcipiendorum, limitatur per proportionem ad personam voventem & ad statum, seu modum vivendi, quem assumit, aliàs enim votum esset indiscretum. Hinc ex voto simplici non potest quis obligari ad mutandum vel non mutandum statum, ut v. g. vidua ingrediatur Religionem vel non nubat, intellige, nisi expressè etiam in hoc vovisset obedire.

Petes. I. An possit quis ex vi voti obedientiæ obligari ad faciendum opus vitæ activæ, quando est impeditivum contemplationis: cum tunc opus præceptum videatur impeditivum maioris boni? Resp. affirmativè, & dico illas actiones exteriores non posse dici impeditivas maioris boni: quavis enim ex sola sua specie non sint æque perfecta, tamen ob circumstantias possunt esse Deo gratiores, scilicet quod per eas impletur promissio Deo facta, quod in ijs humilitas & abnegatio proprii iudicii exerceatur. Et ex hoc motivo omisso bono potest habere formalem bonitatem, licet in se bona non sit.

QUESTIO VII.

Quid operetur in Religiosis, Specialiter Franciscanis Voti Castitatis?

Dico I. Votum solene castitatis reddit Religiosos inhabiles ad matrimonium, adeo ut illud non tantum illicitè, sed etiam invalidè attentarent contrahere, ut patet ex c. Quod votum, De voto in 6. & alijs iuribus. Præterea idem votum dirimit matrimonium contractum, si tantum sit ratum

Herinc. Sum. Theol. Pars III.

& non consummatum, ut definit Tridentinum sess. 24. can. 6. De quibus plura in materia de Sacramento Matrimonii.

Dico II. Votum castitatis inducit in Religiosis obligationem abstinendi ab omni actu interno & externo, qui sit contra castitatem, scilicet à turpibus cogitationibus, delectatione morosa, pollutione & omni actu venereo, ita ut quicquid in sæcularibus extra conjugium est peccatum contra castitatem, in religiosis præterea sit sacrilegium mortale vel veniale prout peccatum contra castitatem est mortale vel veniale. Patet ex natura voti.

Dico III. Fratres Minores vi regulæ specialiter obligantur in materia castitatis vitare suspecta consortia mulierum. Patet ex c. 11. regulæ. Ab his autem optimè sibi cavet, qui juxta monitum Seraphici Patris Francisci collat. 6. cum mulieribus non tractat negotia, nisi cum sanctam poenitentiam vel memoris vitæ consilium religiosam petitione deposcunt.

Suspecta verò consortia mulierum sunt, quæ etsi mala non forent, immo etsi essent ab omni impudicitia aliena, tamen in aliquo vel aliquibus nata sunt generare suspicionem impudicitiae. In quò obligatoria castitas Fratrum Minorum excedit obligationem ceterorum, qui vi voti tantum tenentur vitare, quæ castitati per se repugnant, & immunditiæ præbent incentiva: Fratres Minores autem etiam ea, quæ vel solum impudicitie suspicionem in alio generare possent. Si tamen hic ex pura malitia procederet, non deberet ejus suspicio curari: Unde oportet, ut suspicioni aliqualis detur occasio, v. g. si locus sit solitarius sequestratus & obscurus, sive tempus nocturnum, vel aliàs importunum, si aspectus sint fixi & incontinentes, verba dissoluta & scurrilia & similia, præsertim si mentione facta non omittantur. De quibus vide D. Bonaventuram l. 2. c. 11. Regulæ & alijs expositores.

Petes. Ad quid obligetur, qui extra Religionem emittit votum simplex castitatis? Resp. obligari primò ad abstinendum ab omnibus ijs, à quibus Religiosi professi. Unde etiam obligatur abstinere à matrimonio, quamvis illud foret validum, nam si contrahat, vel id facit animo consummandi & sic votum violat, vel animo ingrediendi Religionem, & sic facit injuriam vel saltem contra charitatem decipiendo conjugem, quæ si id scivisset, contrahere noluisse.

Sunt tamen aliqui Doctores, qui putant posse aliquem contrahere matrimonium emisso voto castitatis perpetua, si animo ingrediendi Religionem id faciat: sed quod dixi est probabilius: licet aliquando causa subesse possit ad contrahendum matrimonium animo ingrediendi Religionem, ut si gravi metu urgearis, vel ut proles ante suscepta legitime tur, vel si non possis aliter Parentum custodiam, qui te à Religione impediunt, evadere: vel si aliàs grave scandalum oriretur.

Z z 2 Secundò

nondum consummatum.

67. Et in Religiosis inducit obligationem abstinendi ab omni actu interno vel externo contra castitatem.

68. Ac in Franciscanis inducit suspicionem consortia.

Et quæ sint talia.

69. Ad quid obligetur simplex castitatis extra Religionem.

Non licet eo emisso contrahere matrimonium animo ingrediendi Religionem.

65. An obedientia possit obligare ad opus vitæ activæ hic & nunc impeditivum contemplationis.

66. Votum solenne castitatis irritat matrimonium contractum. Et dirimit contractum.

Nec ab-
tium petere.

Secundum tenetur, si cum eo voto matri-
monium contraxisset, abstinere ab ejus usu,
adeo ut non possit petere debitum, sed
consummato matrimonio solum reddere.

70.
An possit
reddendo
consummare.

An autem possit reddendo debitum matri-
monium consummare, dubium est inter
Doctores. Quidam dicunt eum teneri ad
ingrediendam Religionem, eo quod non
subsit aliud medium servandae castitatis:
sed verius est eum ad hoc non obligari; nam
Religionem non vovit, nec ingressus in
eam est medium ordinarium ad servandam
castitatem: cum ergo eo casu perfecta voti
observatio censeatur ei facta impossibilis, eo
quod per media ordinata non possit eam
observare, tenebitur solum ad id, quod pos-
test, scilicet ad non petendum debitum.
Idem dicendum est, si contracto matrimo-
nio rato, votum castitatis emiseric, nisi for-
san siverit, se id non posse implere absque
ingressu in Religionem; adeoque implicite
ad ingressum Religionis se obstrinxerit.

Comparari
adultera ne-
quit debi-
tum red-
dere.

Tertio si conjux incidat in adulterium
tenetur alter non amplius reddere debitum,
sed perfecte servare castitatem: ut etiam
si conjux obierit non poterit ad secundas
nuptias transire.

71.
Votum hoc
sponsalia
subsequen-
tia irritat,
non praece-
dena.

Denique si votum castitatis vel religio-
nis sit emissum ante sponsalia reddidit ea ir-
rita, si contrahantur. Est communis Docto-
rum. Si vero post sponsalia votum castita-
tis emittatur, probabilius est ea non dissol-
vi: quia in praedictum sponsa factum est,
nec jus hoc votum in sponsalibus excipit,
sicut excipit votum Religionis, quod red-
dit sponsalia irrita. Vide *Disp. 1. De Spon-
sal. n. 38.*

QUAESTIO VIII.

Quos effectus habeat votum pau-
peratis Religioso, signanter
Franciscana?

72.
Per votum
paupertatis
abdicatur
proprietas
& domi-
nium.

PER votum paupertatis voluntariae pro-
fitetur Religiosus se nihil habere, vel
habere posse tamquam proprium: quod
quidem sancte emitti tam certum est, quam
statum religiosum esse sanctum, & Deo
gratum. Specialiter autem Alexander I V.
Bulla particulari damnat Haereticos asse-
rentes, melius esse sua retinere & ex ijs
eleemolynas facere. Et merito: cum Scrip-
tura aperta testetur esse opus consilii &
supererogationis, ad quod, tamquam perfe-
ctius opposito, invitat Christus *Matth. 19.*
Si vis perfectus esse, vende, vende qua habes
&c. & Luca 14. Qui non renuntiat omnibus,
qua possidet non potest meus esse discipulus.
Idemque patet exemplo Apostolorum, quo-
rum nomine Petrus dixit Christo *Matth.*
19. Ecce nos reliquimus omnia.

73.
Erat abdi-

Nihilominus in ea praecise sistendo, non
continet aliquam honestatem amabilem, si-

cut continet eleemolyna, oratio &c. indif-
ferens enim est divitijs uti vel non uti: ma-
gnam tamen honestatem continet, quate-
nus est medium utilissimum ad perfectio-
nem acquirendam, ut patet ex verbis Chri-
sti *relig.*: divitiarum enim cor illaqueant &
perfectiorem suffocant, mentem a Deo &
spiritualibus avocando & terrenis invol-
vendo, ut experientia docet. Ut autem
ostendamus, quomodo Religiosus in reci-
piendo, retinendo, utendo alieno &c. pro-
cedere debeat.

DICO I. Religiosus vi voti paupertatis
nequit recipere dominium alicujus rei
nomine proprio. Patet ex *Tridentino sess.*
25. c. 2. de Regularibus & alijs juribus. Ex qui-
bus & communi omnium doctrina ac sensu
Ecclesiae constat, Religiosum solemniter
professum etiam incapacem esse omnis domi-
nii. Quae incapacitas non nisi in jus eccle-
siasticum est referenda: etsi enim possit quis
se propria voluntate privare omni domi-
nio, non tamen se facere inhabilem ad illud
recipiendum, si voluntatem mutare velit.

DICO II. Vi voti paupertatis prohi-
betur Religiosus sub peccato, ex genere suo
mortali, abstinere a receptione, detentione,
alienatione & usufructu alicujus rei tempo-
ralis sine licentia Superioris. Ita Doctores
unanimiter tradunt ex juribus, signanter
Tridentino sup. ubi Superioris permissionem
exigit ad usum bonorum mobilium, addens:
*Quod si quis aliter quidquam tenere deprehen-
sus aut convictus fuerit, is biennio activa &
passiva voce privatus sit.* Ratio est: quia Re-
ligiosus vovet nihil habere seu possidere,
consequenter nihil recipere aut conservare
nomine proprio: haec enim omnia sunt actus
proprietatis. Solum itaque potest precario
rebus uti de licentia aliena, scilicet Superioris.
Estque perinde, etiam si dominium rei
maieat apud donantem: nam usus assump-
tus arbitrio proprio & non Praelati, est
consentiente domino, non excusat a vitio
proprietatis.

Hinc vi voti paupertatis debet Religio-
sus nihil velle habere, possidere, usurpare
tamquam proprium, id est, affectu retinendi
jure suo, seu independenter a voluntate Su-
perioris. Unde etiam debet esse paratus quo-
vis momento exui usu & possessione rei, ad
nutum Superioris: neque aliquid aliter dare
vel alienare: adeo ut etiam dispensator ali-
quarum rerum nequeat eas nisi ad arbitrium
Superioris distribuere: sic ut eo ipso, quo a
voluntate Superioris recedit, incurrat judi-
cium proprietatis, dispensans, quasi domi-
nus & ab alterius arbitrio non pendens. Im-
mo nec potest quisquam absque Superioris
facultate, permissa ad usum proprium, alijs
dare mutuo aut commodato: est enim sim-
plex usufructus, idque precario, quamdiu
Superiori videbitur: concedere autem rem
alteri, non est usufructus sed usufructuarius. Un-
de etiam debet in rebus, quibus utitur, adhi-
bere

bere diligentiam, saltem communiter ab hominibus adhiberi solitam, immo majorem, quam a domino, in custodia vel consumptione rerum, præsertim, quæ ipsius curæ committuntur, v.g. in libri, candelis, charta, vestimentis &c.

77. Nec usurpare res communes sine licentia, quæ quo ad eas facile presumitur.

Accedente parvitate materiae

78. Monasterium succedit in bona Religiosi

Obstat tamen subinde nos patriæ

Quidam professus acquirunt, monasterio acquirunt

Nisi acquirat ex beneficio extra monasterium

mosyna, legato, propria arte &c. nisi sit plane exceptus à Prælati Regularibus: tunc enim omnia acquirit beneficio. Intellegitur autem exceptio de beneficijs non unitis monasterio ex induc. Sedis Apostolicæ, ut censentur spectare ad membra Abbatibus vel monasterii (propterea varia unita sunt) ductus enim inde superflui post mortem cedunt monasterio. Vide *Summ. un. de Supplenda negligentia Prætorum*.

Eique non unita.

Dico III. Altissima paupertas, quam profitentur Fratres Minores, excludit omne dominium & jus politicum cujusvis rei temporalis, tam mobilis, quam immobilis, tam in communi, quam in particulari, contenta solo usu simplici facti, ut patet ex c. 6. Regulæ & declarationibus variorum Pontificum, in materia *De iustitia & jure Dist. 4. Quest. 3. §. 4.* relatis & expensis.

80. Altissima Fratrum Minorum paupertas declaratur.

Dominium porro Ecclesiæ, Oratori, Ecclesiæ annexi & cæmeterii est penes Sedem Apostolicam. Reliquarum autem rerum, etiam mobilium, & unico actu consumptibilium similiter assumpserunt in se Pontifices, nisi tamen illud sibi reservarint ipsi donantes. Vide dicta à nobis loco jam citato n. 48. & seqq.

81. Quorum rerum Ecclesiæ sibi assumpserit dominium.

Excipit tamen Nicolaus III. dominium rerum, quarum usus nullo modo potest esse licitus Fratribus, scilicet pecuniarum & rerum ad illas reducibilium: quarum proinde dominium usque ad alienationem manet penes donantes; adeo ut, cum Fratres recurrunt ad pecuniam in necessitate, accedant ad Syndicos, non tamquam tales, sed tamquam amicos & depositarios seu ministros dantium. Tamen Martinus V. etiam assumpsisse noscitur dominium pecuniarum, quod donantes à se abegasse censentur: sic ut consequenter expendi debeant per Syndicos tamquam procuratores Sedis Apostolicæ. Qui modus servatur in familia Ultramontana, & defenditur fuse à *Mansueti* in particulari *Relatione Theologica de Syndicis*, tamquam Consensus puritati Regulæ, immo tamquam admissus à Familia Cismontana, etiam in statutis novissimè *Toletis* recognitis Anno 1633. cujus tamen oppositum manifestè protestantur eadem statuta c. 3. §. 3. n. 1. idemque significant §. 2. n. 6.

An etiam pecuniarum.

Hinc sequitur I. Fratres Minores non posse habere annuos redditus, ne quidem pro Ecclesiâ aut sacristia. Tum quia Clemens V. indefinitè decernit, illos repugnare statui Fratrum, & computari inter immobilia, tum quia eos non esse capaces reddituum simpliciter decernit Clemens VII. in quodam Brevis edito Anno 1526. Quare immeritò *Sanchez* l. 7. c. 27. n. 29. & *Lugo* contrarium asserunt, ut suam, sive domum professarum, in hoc puncto paupertatem præ nostra extollant. Quæ consequentia nihilominus non subsisteret: cum equidem non ad ordinem (propterea monasterium & Ecclesiâ cum bonis mobilibus ad domum

82. Hinc nequeunt Fratres Minores habere annuos redditus, nequidem pro sacristia.



professam sed ad Sedem Apostolicam jus & proprietatis reditum spectaret.

83. *Vis nec possunt emere, pro dero. C. 6.*
Sequitur II. Fratres Minores nil posse proprie emere, vendere, mutare, oppignorare, commocite, pacta, conventiones, obligationes facere, debita contrahere &c. mutuum, commodatum, pignus recipere &c. De quibus vide expositores Regulae, signater *Marinarius in caput 6. Tit. 3.* per varias quaestiones de h. differentem.

84. *Qualiter tenentur ad usus ar. 80s.*
Dico IV. Etsi paupertas evangelica essentialiter absolvatur abdicatione omnis juris & proprietatis: tenentur tamen Fratres Minores vi professionis ad usus arctos & pauperes in Regula expressos, v. g. usum vilium vestimentorum, & duarum tantum tunicarum, non usum calceamentorum &c. in reliquis autem per Regulam non expressis v. g. aedificijs, ornamentis &c. obligantur ad usus moderatos, uti conformiter ad altissimam paupertatem declaravit Nicolaus III. & Clemens IV. Quae moderatio non consistit in indivisibilibus, estque iudicanda per Praelatos secundum qualitatem locorum, temporum, personarum, & rerum. Vide Pontificum Declarationes ante citatas & Regulae expositores, qui etiam alia huc spectantia, v. g. usum pecuniarum Fratribus Minoribus vi Regulae inhiberunt, sufficienter tractant.

QUESTIO IX.

Quale peccatum sit proprietatis? Quae licentia ab ea excuset? & quae proprietariorum poena.

85. *Quale & quoruplex peccatum sit proprietatis.*
Dico I. Proprietatis est peccatum sacrilegii, scilicet ratione violationis voti ut patet.

Dico II. Ordinarie in super proprietatis est peccatum furti, utpote usus rei alienae invito domino v. g. monasterio (cujus loco in Ordine Fratrum Minorum est Pontifex) ad quod res Religioso oblata & ab eodem acceptata statim devolvitur.

Dixi ordinarie, si enim concedens Religioso usum rei, velit retinere dominium, Religiosus committit sacrilegium, non furtum. E contra, si Religiosus, consentiente Praelato, usurparet res alienas, furaretur, & tamen non esset proprietarius seu sacrilegus.

86. *Quam ad proprietatem mortalem requiritur materia quantitas.*
Dico III. Proprietatis est peccatum mortale, quando usurpatur ea quantitas, quae est materia sufficiens furti mortalis: nam sicut ista quantitas sufficit ad gravem injuriam erga proximum, sic etiam ad gravem injuriam erga Deum in materia Religionis. Ita plerique Doctores. Etsi tamen leve peccatum proprietatis, si res in se sit levis, etsi conjuncta sit gravis damnificatio, v. g. si furando aciem inferatur proximo grave detrimentum: non enim est contra votum paupertatis alterum damnificare, sed usur-

pare res temporales sine licentia.

Petes I. Qualis licentia Superioris requiritur ad hoc, ut excuset peccato proprietatis? Resp. Licet sincere & secure in hoc procedatur, requiritur licentia expressa, dum commode peti potest: alioquin probabiliter praesumpta cum intentione manifestandi Superiori prima opportunitate: intellige, quando res adhuc extat. Ratio est: quia sic magis receditur a receptione aut detentione rei proprio nomine seu auctoritate.

Resp. II. Sufficere in rigore loquendo consensum tacitum seu probabiliter praesumptum, etiam quando patet ad Superiorem accessum saltem ad excusandum a mortali. Ita plurimi Doctores. Ratio est: quia non dicitur res fieri nomine proprio & absque licentia Superioris, quando ejusmodi consensus adest. Deinde expressi & taciti eadem est virtus, ut dicitur *c. 2. de Rescriptis*, & *l. Cum quid ff. de Rebus Creditis*; eademque in jure regulariter aequiparantur ut *Glossa in l. Expressa ff. De Regulis Juris*. Haec autem licentia tacita aliquando supponit praesentem voluntatem & ratihabitionem Superioris, v. g. quando Superior videns, non tantum dissimulat permissivè eò quod non possit commode hic & nunc contradicere. (haec enim non sufficeret) sed approbative scilicet, cum posset facile contradicere & tacet. Item quando usus, in Religione, praesertim etiam timoratorum, a Superiore toleratus habet, ut aliqua ad certam quantitatem recipiantur non petita licentia. In monasterijs tamen bene ordinatis non conceditur haec facultas generaliter, nisi in rebus parvi momenti & crebro occurrentibus.

Aliquando autem facultas haec non respicit voluntatem praesentem, sed futuram sub conditione, quia videlicet, si Superior scire foret contentus. Et ista proprie dicitur licentia praesumpta. Signa autem varia sunt ex quibus possit prudenter praesumi ista voluntas, scilicet ex conditione & qualitate tam Superioris, quam subditi: si hic sit vir gravis, amicus & ille dulcis & proclivis ad condescensiones similes, nec solius casus reprehendere, & maxime ex actibus praeteritis, si simili casu praesumptam fuisse licentiam, ostendat sibi non ingratum. Item ex qualitate rei, utpote levis & ferè nullius momenti. Ex facto ipso, utpote cedente in utilitatem monasterii.

Hinc fit à quibusvis Religiosis & in unaquaque Religione non eandem posse praesumere praesumptam licentiam, uti nec in unoquoque monasterio & respectu Superiorum quorumcumque, sed attendendam qualitatem Religionis, Superioris & monasterii &c. Porro haec praesumpta licentia est superior, quando non tantum praesumitur Superior fore contentus, si veram peterem, sed etiam praesumitur non aegre laturus istam veniae praesumptionem. At minus secuta est quando Superior aegre ferre noscitur, si non petatur,

petatur, dum peti potest licentia expressa. fieri enim potest, & scire fit, ut displiceat absolute receptio rei etiam quoad substantiam, nisi expressa licentia, dum peti est, adfit: cum tamen sciatur non neganda res, quamvis notabilis, si petatur. Idque certum Lugo disp. 3. sect. 7. n. 123. de mente omnium Prælatorum in Religionibus in quibus viget observantia paupertatis, quæ aliàs enervationi pateret. Et tunc quidem tollitur præsumptio licentia. At quando quidem non est in vitus, quoad substantiam receptionis, sed tantum quoad modum, isque non adeo graviter displicet, ut censetur velle jus suum quoad substantiam servare (quod prudenter ex signis præmissis est pensandum) possit transire licentia præsumpta, sic ut excuset à mortali, etsi ne tunc quidem à veniali.

injuriam affectum; eò quod tunc sit coacta permissio ad vitandum majus malum. Petes V. An sufficiat licentia secundum rectam rationem debita, etsi illam neget Superior? Resp. negativè: etsi enim peccet, subditus tamen non peccat abstinendo à re negata, ut supponitur (aliàs, si id non supponatur, posset subditus licite procedere, v. g. succurrere sibi aut proximo extreme indigenti, quod etsi durè videatur, erit tamen probabile & dulce cogitare, quod propter Deum abnegaverit omnia & præsertim propriam voluntatem; durissimo iudicio eum, qui sic præest, manente.

93. Non sufficit debita.

Petes VI. An licentia concessa ad usus vanos, turpes aut superfluos excuset Religiosum non solum in acceptione & detentione, sed etiam in similibus usibus à vitio proprietatis? Resp. verosimiliter affirmativè cum Lugo sup. n. 132. contra Sanchez sup. n. 2. & alios. Colligitur ex communi sensu: non enim iudicatur emptio rerum pretiosarum aut curiosarum, facta de licentia Prælati, esse invalida, nec venditor obligatus ad restitutionem pretii, nisi talis Religiosus equidem peccet contra votum, quatenus non servat statum pauperis; prout etiam per similes excessus peccaret ipse Prælati, totusque conventus, non tamen peccato proprietatis: sicut peccaret quidem contra charitatem propriam aut temperantiam, qui habet licentiam generalem accipit piscem noxium sanitati, non tamen dicitur proprietarius.

94. Quid de licentia ad usus turpes vel superfluos.

Itaque receptiones & usus illi quidem sunt prohibiti, similiter licentia seu facultas ad illos, non tamen irritantur, quando non cedunt in grave damnum temporale conventus, uti supponitur, cum potuissent eadem expendi licite in usus honestos. Sicut Tridentinum sess. 25. c. 2. de Regular. præcipit in suppellectili servari moderamen convenientis statui paupertatis, non tamen invalidat acceptionem, aut possessionem superflui, quasi monasterium ad illud non acquirit jus. Itaque licentia prædicta non faceret usus istos licitos, sed tantum non proprietarios.

95. Potest talis licentia concedi non solum validè, sed etiam licite.

Poreò eiuſmodi licentia non tantum validè, sed etiam licite videtur posse concedi, non quidem expressè & in particulari, ne videatur Prælati determinatè in usum turpem consentire: sed in genere, non restringendo ad usum licitum, quod videtur cõsonum praxi in alijs licentijs & dispensationibus: nam dispensatus ad comedendũ carnes die jejunii nõ peccat cõtra legem Ecclesiæ, etiam commedat furtivas & sanitati noxias aut immoderatè. Similiter dispensatus ad celebrandũ tempore interdicti non peccat cõtra legem Ecclesiæ, etsi celebret in malo statu. Potest namque in similibus (adeoque etiam in præsentì propositis.) Prælati dare subditò generalè facultatem relinquendo conscientia & arbitrio subditi licitum usum, aliunde ei præceptum. Sicut Deus ipse dat voluntatem cum potentia bene & malè agendi, ordinem

90. An res cum tali licentia recipi possit sic Superiori manifestanda.

91. Quid de occultantibus res ita accipiunt.

92. Licentia debet esse voluntariè concessa.

nem facere totalem tam potestate bene & malè consecrandi &c. Immo Varii contra Sanchez sup. n. 30. non improbabiler putant, talem facultatem censeri contentam in generali facultate, quæ à Prælato conceditur, uti juxta prædicta in alijs materijs non censetur facultas illimitatè concessa restringi ad usus honestos.

Petes VII. Ad Religiosus multa parva successivè recipiens, sicè sufficienti licentiâ, tandem peccet mortaliter, sicut, qui comittit plura parva furta? Resp. affirmativè si priora nondum sunt consumpta: sic enim detinet & possidet rem notabilem sine licentiâ Superioris, si verò sunt usu consumptibilia, & de facto consumpta, sine ordine ad inferendum communitati notabile detrimentum, aut ad consumendum rem notabilem, non videtur fieri mortale: nam Superiores non solènt similibus parvis consumptionibus graviter offendi, nec confessari tales arguere gravis peccati, etsi confiteantur se sæpius venialiter peccasse contra votum paupertatis, potius quàm si confiteantur se sæpius leves transgressiones obedientiæ aut continentiæ admisisse. Aliud est de furtis: nam supponuntur domini esse notabiliter inviti, etiâ si prius ablata sint consumpta, quando tandem gravis exurgit quantitas, etsi necessariò major, dum tempus, præsertim notabile, interjacet inter unum & aliud leve furtum: non supponuntur autem ita inviti Superiores circa subditos, ut potè qui sunt in monasterio, velut filij familias in domo patris. Præterea talis Religiosus factâ consummatione nihil retinet aut possidet, sicut fur etiam post consumptionem retinet moraliter seu virtualiter cum potestate restituendi alienum notabile, etsi paulatim acceptum.

Dico IV. Triplex est poena proprietariorum. Prima, Religiosus, si inventus fuerit ne in morte quidem proprium abjecisse, sepeliendus est in sterquilino cum pecunia sive re proprietariè possessa, saltem secundùm partem c. Cum ad Monasterium de Statu Monachorum. Immo si in loco aëro sepultus sit, extrahi debet, si sine notabili scandalo fieri possit c. Super quodam eodem titulo, est autem sermo de proprietarijs in re notabili, unde evidenter colligatur mortuus esse in ipso statu.

Secunda, proprietarius est reclusus ad agenda continentiam c. fin. de Regularibus. Tertiam addit Tridentinum sess. 25. c. 2. de Regularibus, ut si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, is biennio activa & passiva voce privatus sit. Loquuntur autem jura de possidentibus, accipientibus, seu retinentibus proprium, non autem de dantibus seu expendentibus. Vide Sanchez l. 7. c. 20. n. 11. & Bassani V. Paupertas Religiosa n. 20. ubi quaedam declarationes Cardinalium ad citatum Conc. Trid. locum adductæ.

QUÆSTIO X.

De Religiosis ad aliam Religionem transseuntibus, item de Ejectis, Rogatis & Apostatis.

Ad primam quæstionis partè respondeo deo jure communi licitum esse personis religiosis transire ad arctiorem Religionem, præter à maturâ deliberatione & studio meliori, ac tutoris bene perita tamen, sic bonum obedientiæ contemni videatur, etsi non obtentâ Prælati sui (intellege illius, ad quem alioquin spectat admissio ad Religionem) licentiâ c. Licet De Regularibus. Quod, esto specificet de viris, tamen etiam extenditur ad feminas, ut rectè Rodriguez Tom. 2. Quæst. Regul. q. 52. art. 6.

Consideratur autem in hoc transitu non tam major absolutè Religiois perfectio (ut vult D. Thomas 2. 2. q. 189. art. 8. & quidam alii) quàm rigor & arctitudo: indeque jure communi licitum est omnibus, etiam mendicantibus, transire ad Carthusianos, quorum tamen Religio non est reliquis simpliciter perfectior, sed reputatur arctior in observantijs externis, scilicet solitudine, silentiè, continuo cilicio, & prolixitate officii.

Ad laxiorem verò Religionem transitus quidem datur, personis religiosis, sed petitiâ, atque etiam obtentâ licentiâ Prælati & justa de causa, sine qua nec Pontifex potest facultatè dare, cum interveniat quædam votorum dispensatio, quæ hæc causa validè fieri nequit. Est communis Doctorum & hæc quidem attentè jure communi locum habent.

Attamè hæc juris dispositio diversimodè per decreta vel privilegia variorum Pontificum diversis Ordinibus concessa est alterata seu limitata, nam Extrav. viam ambrosia de Regularibus, prohibetur mendicantibus transitus ad non mendicantes (præterquam Carthusianos) sic ut ipso facto excommunicentur tam recipientes, quàm qui recepti sunt.

Præterea varijs Ordinibus prohibetur transitus etiam ad Carthusianos sine licentiâ obtenta, uti Capucinis, Jesuitis, & juxta Hieronymum à Politio in c. 2. Regule n. 83. generaliter Fratribus Minoribus: etsi his sufficere putet Rodriguez sup. art. 18. licentiâ petitam. Sicut etiam Capucinis inhibatum est sub excommunicatione & inhabilitate ad quavis officia & contractus legitimos recipere Observantes sine licentiâ speciali à Summo Pontifice, per litteras Apostolicas obtenta, sic ut receptio & professio aliter facta sit nulla, ut patet ex Bulla 17. Sixti V. in Bullario Rodriguez.

Nota Religiosos quoslibet, ad alium Ordinem etiam cum legitima licentiâ transseuntès,

An parva proprietates coalescant in anam magnam, uti furta.

97. Triplex proprietarium poena. Prima.

Secunda.

Tertia.

98. Licentia est jure communi Religiosis transseuntibus ad arctiorem Religionem.

99. Ad laxiorem Religionem transitus quidem datur, sed petitiâ & justa de causa.

100. Qualiter cum communitate per privilegia Pontificum.

101. Inhabilitas à Trid. 19.

si a mendicantibus ad non mendicantes transeuntibus.

seutes, debere sub sui Superioris obedientia in claustris perpetuo manere ac incapaces esse quorumcumque beneficiorum secularium etiam curatorum, sic Tractatum sess. 14. c. 11. Præterea ex Clem. 8. Professores De Regularibus, Mendicantes transeuntes, etiam de consensu Pontificis ad non mendicantes (an sub his Carthusiani debeant censi comprehendi, disputatur) redduntur inhabiles ad qualvis dignitates & beneficia intra & extra Ordinem, & ad curam animarum, omniaque officia & administrationes, sic ut ne quidem possint esse aliorum Vicarii, vel locum tenentes neque vocari in Capitulo habeant, etsi hoc tibi ab alijs liberè concedatur.

102. Tenetur Superior Religiosum reddunt iterum recipere.

Petes I. An Superior teneatur recipere Religiosum, cui concessit licentiam transeundi ad arctiorem Religionem, si, ante professionem in ea, revertatur? Resp. affirmativè cum Miranda Tom. 1. Man. q. 31. art. 18. ubi idem extendit ad casum, quo Religiosus omni jure, quod ad primam Religionem habet, renuntiaverit.

103. Ad quod Monasterium spectant bona Religiosus transeuntis ad aliam Religionem.

Petes II. Ad quod Monasterium spectant bona Religiosi ad aliam Religionem transeuntis? Resp. illa spectare ad primum, si capax sit; idque verum est juxta Azorium Tom. 2. p. 120. c. 15. q. 3. & alios, etiam si Religiosus obveniant bona eo tempore, quo moratur in secundo monasterio ante professionem: post hanc autem quæcumque bona acquirat, secundo monasterio acquirat, si id bonorum capax sit. Vide Bassam in supplem. V. Religio n. 27. & seqq.

104. Requirat Religiosus ejici sine causa. Possit cum ea.

Quod ad secundam quæstionis partem attinet Religiosus nequit ejici à Religione sine iusta causa, ob jus acquisitum per incorporationem factam in professione. Ex iusta tamen causa expelli posse patet ex praxi omnium Religionum: nam secundum Bernardum apud Lessium c. 41. dub. 24. 106. melius est, ut pereat unus, quam unitas: & secundum Hieronymum in Epist. ad Galatas c. 5. Scintilla statim ut apparuerit extinguenda est & fermentum à massa vitium movendum, secunda putrida carnes, & scabiosum animal à dantis ovium repellendum; ne tota domus, massa, corpus & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intideat.

Talis est incorrigibilitas.

Iusta autem causa expulsionis iure est incorrigibilitas. Quis autem censetur incorrigibilis explicat constitutiones Ordinis nostri à Sede Apostolica approbatæ c. 6. §. 18. Varia quoque desuper decrevit Congregatio Cardinalium approbante Pontifice ad Annum 1624. 21. Septembris. Totum decretum refert Bassam V. Religio VI. n. 3. Etsi autem nunquam videatur publicatum, his saltem in locis, non tamen est contemnendum, saltem ob molestias fori externi.

106. Etiam respectu Monialis, quam

Attento autem juris communis rigore & paritate rationis posset etiam expelli Monialis ob incorrigibilitatem: non est

tamen consuetum, sed Consultivè perpetuo recluditur, si alia non sit spes emendationis.

Denique, præter incorrigibilitatem, iusta causa expulsionis est, si Novitius emiseric professionem occultam, defectu, qui in illa Religione censetur essentialis, in quo spectandæ sunt constitutiones Ordinum.

Religiosus absolute eiecius, secundum Diana P. 3. Tract. 2. de sess. 60. & alios contra Bassam sum. n. 7. non tenetur se ulterius præsentare, ut respiciatur: immo, juxta Navarrum Consil. 80. De Regularibus, non potest compelli à Superioribus, ut redeat, licet contrarium sit multò probabilius, videlicet eum teneri reverti, si à suo Superiore fuerit requisitus: unde si nolit redire potest & debet excommunicari tamquam contumax, sic habet Concilium Lugdunense c. ultimo sub Gregorio X. Si verò tantum ad tempus sit eiecius, tenetur in conscientia se emendare, & se iterum Superiori præsentare.

Religiosus eiecius, cum maneat verus Religiosus, obligatur ad vota essentialia, quantum status eiectionis patitur, licet ex parte cesset executio ob defectum materiae. Censetur autem ei commissæ administratio temporalium, etsi non sibi acquirat alicujus rei dominium, sed monasterio: quamvis non improbabiler putet Navarrus Comment. 2. de Regularibus n. 33. Pontifici vel Episcopo eum acquirere & non monasterio, cum amplius non sit ejus membrum. Vide Castro Palao de Statu Relig. disp. 3. punct. 19. Probabilius etiam non tenetur observantijs monasticis & regulis, ut jejunijs, vigilijs, silentio &c. sicut nec uti veste monachali, immò nec potest eam uti, cum sit eam spoliatus.

Quantum ad tertiam & quartam quæstionis partem: fugitivus est, qui sponte discedit, id est vel animo deserendi institutum & sic est Apostata, vel ut à extrapotestatem Superioris, vel ad tempus liberè vagetur cum animo redeundi, & sic solum dicitur fugitivus.

Qui fugit, dimisso habitu est excommunicatus, licet animo apostatandi id non faciat c. Ut periculo ne Clerici vel Monachi in 6. quia habitum suæ Religionis temerè dimisit. Qui verò fugit habitu retento, etiam animo apostatandi, probabile est eum non esse communi jure excommunicatum, licet sit Apostata, & possit excommunicari & pœnis apostasiæ puniri: immo per Constitutiones Ordinis nostri c. 6. §. 20. excommunicatur Apostata etiam cum habitu. Sed quia multi Ordines de his particularia habent statuta & diversa, illa & alii Auctores, de his plura tractantes in facti contingentia consulantur.

tamen præstatuclat.

107. Item occultatio defectus essentialis.

108. Eiecius non tenetur potestatem iteram receptionem.

Ad quam tenetur potest compelli.

109. Tenetur ad vota essentialia quantum status permittit.

Secus est de observantijs monasticis.

110. Quis dicatur fugitivus & apostata.

111. Quas pœnas incurrat.

DISPUTATIO SEXTA.

De Iuramento & Adiuratione.

QUESTIO I.

Quid Iuramentum, Quotuplex & an licitum?

I. Quid iuramentum & cui introductum.



IURAMENTUM est attestatio divini Numinis vel invocatio divini testimonii ad fidem faciendam vel promissionem firmandam. Unde jurare est Deum in testem vocare. Introducitur autem iuramentum in confirmationem veritatis ex defectu humanae probationis, ut sic, sine litibus imposito, homines in pace vivat. Nec putet quis, per iuramentum peti a Deo miraculum: quia jurans non petit, ut Deus nunc testetur, sed quando ei placuerit, saltem in iudicio extremo: & hoc sufficit ad fidem faciendam: nullus enim presumitur tam malus, ut audeat Deum facere testem falsi. Deinde, ut ait D. Thomas 2.2. q. 89. art. 1. ad 3. Deus saepe manifestat veritatem in praesenti vita per internam inspirationem per facti nudationem, rei occultae patefactionem, vel denique per poenam mentientis, quando quis execratorie iuravit. Hinc sequitur male jurare eum, qui irreverenter iurat, vel sine causa, vel levi de causa.

2. Fieri potest per explicitam Dei invocationem vel implicitam in creaturis.

Et hoc variis modis.

Invocatio Dei per iuramentum dupliciter fieri potest, scilicet explicitè, cum nomen eius nominatur dicendo, per Deum: & implicitè, cum in creaturis nominatur. Porro, creatura quatuor modis invocari potest. Primò secundum se, & sic non est iuramentum: quia ipsa per se non potest esse testis, saltem ut prima veritas. Quod addo: quia licet Sancti subinde cognoscant id, quod dicimus & testari possint super eo, tamen respectu illorum erit potius actus dulciae, quam iuramentum. Secundò ut in creatura relucet lumen divinum & sic implicitè Deus invocatur ut testis & est verum iuramentum. Ita, qui iurat per caelum, censetur iurare per eum, qui ibi habitat, qui per templum, tamquam per eum, qui ibi colitur, qui per Evangelia, tamquam per auctorem &c. Et quo Numen divinum specialius creaturae assistit, eo magis est iuramentum. Hinc per omnem rem jurare possumus, quamvis non soleamus jurare per res viles ob speciem indecentiae. Tertio ut creatura est aliquid ad nos pertinens, quod Deo obligamus, & dicitur iuramentum execratorium, ut cum dicimus per animam, per vitam parentis &c. Quar-

ter ut creatura falsò putatur habere aliquid divinitatis, & sic erit blasphemia, & species idololatriae. Similiter blasphemia est, si quis impudenter juret per membra Christi & Sanctorum, quasi in eis sit aliquid pudendum.

Ex dictis colligitur I. non esse iuramentum, quando non intercedit invocatio Dei explicita vel implicita, & intentio iurandi. Unde dicere per fidem meam, in fide boni viri, per meam conscientiam &c. non est iuramentum: quia sic loquens tantum ostendere intendit se loqui ex virtute fidei & veritatis ac notitia conscientiae, quam vir propus in dictis suis adhibere debet: aliud est si quis per fidem intelligat fidem Catholicam vel primam veritatem. Similiter non iurat dicens, Deus scit, Deus videt &c. si tantum intendat affirmare Deum ista scire: quia tunc deest intentio iurandi. Secus si aliter intendat.

Colligitur II. Perjurium esse grave peccatum, quia perjurus, quantum in se est, facit Deum approbare falsum pro vero, quae est maxima injuria. De quo dicemus plura Quest. 5.

Iuramentum multipliciter dividitur. Primò in id, quod fit verbis, & in id, quod fit alio modo. Secundò in explicitum & implicitum. Tertio in illud, quod fit per Deum, & in illud, quod fit per creaturas. Quae omnia satis patent ex terminis. Quarto in contestatorium, quo Deus tantum in testem vocatur, v.g. testis mihi sit Deus, testor Deum, iuro per Deum, & in execratorium, in quo etiam vocatur in Iudicem, nimirum nos, vel aliam rem nobis gratam vel conjunctam obligando, ut Deus ipse nos puniat, si fallimus, v.g. per animam per salutem filii, Regis &c. non differunt tamen haec iuramenta specie in ratione iuramenti: quia in utroque vocatur Deus in testem; in illo tantum ut testetur; in hoc vero ut etiam puniendo aperiat veritatem, si ei contraventum fuerit.

Quintò dividitur iuramentum in simplex & solemne, quae satis patent. Nec solemne habet aliquam specialem malitiam, si violetur, supra simplex, si nullum adsit scandalum. Sextò in assertorium, promissorium & comminatorium. Assertorium adhibetur solum, ut probetur, quod aliter probare non possumus. Promissorium est, quo alteri intendimus nos obstringere, seu promissionem nostram firmare. Comminatorium est, quo alteri minamur poenam.

Adverte in assertorio nullam oriri obligationem

3. Cui invocatio attendit intentio iurandi.

4. Perjurium malitia.

5. Multiplex fit alio modo.

6. Signatur in contestatorium & execratorium.

7. In simplex & solemne.

8. In assertorium, promissorium & comminatorium.

9.

In assertorio solum confirmatur veritas: ex aliis oritur obligatio: & qua.

gationem, sed veritatem solum confirmari: in promissorio oriri obligationem ad alterum & in comminatorio, oriri obligationem ad infligenda poenam, & hoc ex reverentia juramenti, cui supponitur homo non contraventurus. Hinc in assertorio tantum requiritur una veritas, quae asseritur, & haec si absit, semper erit mortale: quia omnes veritates in ordine ad testimonium Dei sunt materia gravis & ejusdem rationis. In promissorio vero & comminatorio requiritur duplex veritas, una praesens utpote quod habeas animum exequendi, quod dicitur: altera futura, quae consistit in executione. Prima est principalis & semper necessario requisita: secunda est minus principalis, & saepe citra peccatum abesse potest.

8. Juramentum est licitum.

Quod ad ultimam quaestiones partem attinet, fide tenendum est contra diversos haereticos (quos vide apud Alphonsum à Castro V. Juramentum) juramentum in debitis circumstantiis esse licitum. Probat ex omnibus illis scripturis, in quibus legitur Sanctos Patres, Prophetas & Apostolos jurasse. Deinde constat ex Psalmo 62. Laudabuntur omnes, qui jurant in eo. Deuter. 6. Domine Deum tuum timebis & illi soli servies ac per nomen illius jurabis. Praeterea constat ex testimonio gentium, & ratio favet: quia per juramentum Deo desertur honor & timor & res certam veritatem acquirit.

9. Neque à Christo possit causari, sed animum est scilicet, redargutum.

Dices I. Math. 5. dicitur: Ego autem dico vobis non jurare omnino neque per calum &c. Resp. Christum ibi redarguere duos errores Judaeorum. Primus erat licere quavis occasione jurare, modò verum esset juramentum. Alter erat juramentum per creaturas non obligare, ut patet Math. 23. ubi de hoc reprehenduntur. Itaque vult Christus citra necessitatem non esse jurandum, neque per Deum, neque per creaturas, eò quod non sit parva irreverentia tantum testem invocare sine causa, & ideo subjungit: Sit autem sermo vester, est, est, non, non, quod autem his abundantius est, à malo est, id est, ubi sufficit simplex affirmatio vel negatio, jurare est à diabolo.

10. Quale juramentum dicitur in hoc articulo Canonum.

Dices II. Clericum 22. q. 1. decernitur Clericum per creaturas jurantem acedente objurandum, si perseveret in vitio, excommunicandum. Resp. illud caput loqui de juramento per creaturas more Ethnico, tamquam per Deos quosdam: hoc autem turpe est Christiano & scandalosum: quia per hoc videtur illis cultus divinus deferri.

11. Quis sit irrationabile ad res humanas.

Dices III. Juramentum est cultus Dei: ergo non licet illum ordinare ad res humanas: ergo non licet jurare ad contractus humanos firmandos. Resp. juramentum non esse cultum divinum absolute, sed in certa causa, scilicet quando aliter idem facere non possumus, & tunc non est illicitum uti re divina ad finem humanum: sic enim utimur Sacramentis & orationibus ad consequendam sanitatem.

Herincx Sum. Theol. Pars III.

Porro ad hoc ut juramentum sit licitum tres requiruntur conditiones, quae solent juramenti comites appellari. De quibus sit

QUAESTIO II.

Quanam sint Juramenti Comites & aperijs obligatio sit personalis?

TRES conditiones seu comites juramenti habentur Jeremia 4. Jurabis: veritas Domini, in veritate, & in iudicio & in justitia. Veritas potest ad juramentum requisita in hoc consistit, quod jurans certo existimet rem ita se habere, acut jurata ut rem, quae jurat ut certam, probabilem vel dubiam, non levi conjectura, sed prudenter, & mortaliter certo pro tali reputet.

11. Tres juramenti comites assignantur.

Hinc si quis deliberatè juret fallum, etiam in levi materia, est perjurus & mortaliter peccat, etiam si ex joco, consuetudine, bono & necessario fine, aut timore, aut ave gravissima de causa juret. Ratio est: quia per hoc, quod Deum scienter adducit in testem falsi gravissimam ei infert injuriam: nam, quantum in se est, in estimatione hominum destruit & aufert à Deo primam veritatis attributum, significando eum posse testificari fallum tamquam verum.

12. Si desit veritas in assertorio semper est mortale perjurium.

Secundò in juramento assertorio, si desit veritas ex parte certitudinis & modo confirmandi, est mortale: quia jurans se exponit periculo juramenti falsi, & in actu exercitio dicit fallum, scilicet se certo scire v. g. quod non certo scit: scilicet est, si juret se ita sentire, aut illud esse verosimile &c.

13. Etiam desit veritas ex parte certitudinis & modo confirmandi, est mortale.

Tertiò peccat mortaliter, qui exponit se periculo jurandi fallum, ut quia non satis inquirat & considerat circumstantias. Si tamen dicatur fallum materialiter, id est, cum sufficienti advertentia & estimatione veritatis, non erit mortale perjurium: quia perjurium non tam attenditur ex re jurata quam ex intentione & conscientia jurantis.

14. Vel consideratio circumstantiarum, exponendo se periculo.

Si iustitia desit in juramento assertorio (de promissorio infra dicemus) id est, si res sit illicita, regulariter est tantum veniale, ut docet Suarez l. 3. de juramento c. 12. n. 7. Ratio est: quia quamquam in eo aliqua subinde irreverentia inferatur Deo, adducendo eum in testem rei levis vel etiam male, tamen per hoc ipsi propriè non inferuntur macula, sicuti quando desit veritas.

15. Si desit in assertorio iustitia regulariter est tantum veniale.

Dixi, regulariter, quia erit mortale, si simul non adsit sufficientis veritas. Deinde videtur etiam mortale, si juramentum assumatur, ut instrumentum peccati, ut si per juramentum confirmetur detractio infamatoria: videtur enim tunc gravis irreverentia: cum assumatur Dei veritas in ordine ad nocendum proximo.

16. Quamquam possit subesse mortale.

Si iudicium desit, id est, sine iusta causa & imprudenter juret, ordinariè erit tantum veniale: quia tunc non latet gravis irreverentia.

17. Idem est si desit iudicium.

15.
Quanto peccatum sit
conscientia
incantandi
jurandi.

Petes: Quale sit peccatum Conscientia
incantandi jurandi? R. esp. I. Conscientia jurandi
indiscriminatim verum & falsum etiam
cum advertentia; quamdiu voluntaria est,
constituit hominem in peccato mortali.
Ratio est: quia ex vi illius conscientie est
homo in maximo periculo pejerandi.

Dixi, quamdiu voluntaria est, quia si
hominis efficaciter displiceat, vi illius
conscientie & propositi interruptitur con-
scientia & licet adhuc versetur in periculo
peccati, non tamen in equali, nec in peri-
culo voluntario. R. esp. II. Si ex conscientia
ne sapè juretur falsum, non quidem ex di-
recta voluntate dicendum falsum, sed solum,
quia sine debita cautione fit, est mortale,
constituitque hominem in statu damnatio-
nis. R. esp. III. Si conscientia sit tantum
jurandi sine judicio & justitia, tali modo, ut
nunquam sit periculum peccandi mortaliter
in istis juramentis, talis conscientia non con-
stituit hominem in statu damnationis. Est
tamen ista conscientia omnino dissuadenda.

16.
Covellaria.

Ex dictis sequitur I. quoties peccatur per
incantam jurationem, eoque peccari, sive
juretur verum, sive falsum: quia tota ratio
hujus peccati consistit in periculo, cui ju-
rans se exponit, cum jurat.

Sequitur II. In confessione explicanda
esse omnia juramenta prolatum cum adver-
tentia incertitudinis vel insufficientis dis-
cussionis, & similiter poenitentem debere
efficaciter proponere ab illis omnino abstinere,
& adhibere media à confessorio ad
hoc suggesta.

17.
Obligatio
juramenti
ex parte ju-
rantis est
merè perso-
nalis.

Ad secundam quæstionis partem Res-
pondeo I. Obligatio juramenti ex parte ju-
rantis est merè personalis, sic ut nullo modo
ad successores vel heredes transeat. Ita D.
Thomas q. 98. a. 2. ad 4. & alij. Ratio est: quia
sicut nemo jurat nisi voluntariè, ita nemo
obligatur juramento, nisi consentiat. Pote-
rit tamen aliqua obligatio transire ad he-
redes non ex juramento, sed ex pacto pro-
missorio, cui juramentum conjunctum est.
Hinc si aliqua promissio fuerit invalida, sic
ut non obliget heredes, licet juramento fir-
metur, non propterea transit ad heredes.

Ex hoc colliges quid dicendum, si major
Capituli, vel Communitatis pars juret ali-
quid facere, scilicet dissentientes & successo-
res ex juramento non obligari, quamquam
ex conscientia vel alio modo obligari
possint.

18.
Ex parte
esum verò,
cui juratur,
subinde
transit ad
successores.

Respondeo II. Obligatio juramenti ex
parte ejus, cui juratur, aliquando extendit se
solum ad personam, cui juratur, aliquando
etiam ad successores ejus, quod ex verbis &
intentione jurantis colligendum est. V. g.
quando quis jurat Regi Hispaniarum obe-
dientiam, fertur in officium & non in per-
sonam obligat etiam successori. Intentio
autem maxime dignoscitur ex natura actus,
cui adjungitur, intellige in ordine ad scien-
dum, quid juretur, non autem in ordine ad

obligationem. Vereri potest Bonacina To.
2. disp. 4. q. 1. punct. 15. & Castro Palao disp. 2.
punct. 15.

Solet hic inquiri, an juramentum valide
contrahatur irritum: sed illud Tract. de Contra-
ctibus disp. 1. q. 4. difficultas hæc decisa est.
Præterea hic quaeri posset, an jurans debeat
se conformare menti ejus, qui juramentum
petit: sed resolutio ejus pedit ex quæstione,
an liceat uti restrictione mentali, de qua vide
disputationem ultimam hujus Tractatus, ubi
de veritate agemus: quando enim esset men-
dacium tunc juramentum additum esset per-
jurium: quando autem non esset mendacium,
nec juramentum additum esset perjurium.

QUESTIO III.

Quando & Quomodo peccetur in Juramento Promissorio?

Dico I. Quod id, quod promittitur, jurans
non intendat servare, est mortale per-
jurium. Ita communiter Doctores. Ratio
est: quia Deus adducit ad testandum me-
dacium, scilicet ad testandum intentionem
in jurante servandi & exequendi id, quod
juratur, quæ tamen non subest.

Dico II. Quando juramentum dedit su-
per promissione, idque sufficienter expri-
mitur, tunc jurare sine intentione promi-
tendi seu se obligandi est perjurium. Patet:
quia deest veritas, cum non adfit intentio se
obligandi, super quam cadit juramentum.

Dico III. Jurare exterius sine intentio-
ne jurandi, ex genere suo est mortale con-
tra Religionem. Ita Suarez l. 3. c. 17. n. 2. &
alii communiter. Probatur: tum quia per ta-
lem jurandi modum in re gravi & perni-
ciosa nomen Dei assumitur in vanum, ut-
pote quod potius ad deceptionem, quam
veritatis confirmationem, adhibetur. Tum
quia modus ille jurandi principali juramenti
fini contrariatur: nisi enim homines tenean-
tur sub gravi obligatione conformare suam
intentionem expressioni exteriori, omnis
utilitas & efficacia juramenti peritur.

Dico I. Talis non verè, sed tantum ap-
paret jurat: ergo non dicit perjurium;
adeoque nec gravem committit irreverentiam.
R. esp. Neg. ult. Seq. quamquam enip sit tan-
tum apparens perjurium, est tamen grave:
quia ipsa fictio perjurii est Deo valde in-
juriola, & multum nociva hominum ne-
cessitati & societati, ut dictum est.

Dico II. Omnes Doctores excusant à
gravi culpa juramenta urbanitatis, inter
alios fieri solita, sicut juramenta Do-
minorum, quibus promittunt poenam sub-
ditis: quæ tamen ordinariè sunt vel sine
intentione jurandi, vel sine intentione ex-
quendi promissionem. R. esp. similia jura-
menta ordinariè excusant à mortali, pri-
mo: quia fiunt cum intentione jurandi, non
absolu-

De his
tractari
sunt
v.

19.
Iurans
intentionem
servandi
quod jurat,
mortale
peccat.

20.
Idem est,
desit
animus
servandi
tenui vel
obligandi.

21.
Immo est
si desit
interius
animus
servandi,
si co-
terre ju-
mentum.

22.
Objectionem
solventem.

Modus
interpretandi
juramenta
urbanitatis
& similia
absolu-

absolutè, sed cum conditione, si hoc vel illud feceris, si consenseris, si non sis nimium reluctatus, si non judicaverim melius expedire. Secundò: quia fiat in materia indifferenti seu impertinente & sine debita ratione. Tertio propter eandem rationem licet juramentum obligaverit, tamen facile solvitur ex animi mutatione abque gravi culpa propter materiae levitatem.

23. Conclusio tam in juramento promissorio quam assertorio verificatur. An aequaliter habeat locum si verum sit iuramentum seu falsum.

Adverte conclusionem habere locum, tam in juramento assertorio, quam promissorio, ut patet. Item habere locum si verum sit, si falsum, certum tamen est in hoc (exemplo factae idololatriae) quam in illo calumniae. Suarez enim sup. n. 6. & Lessius c. 42. n. 42. juramentum externum sine intentione jurandi factum citra obligationem jurandi, & sine injuria tertii, à mortali excusant: quia licet ratione fictionis nomen Dei sumatur in vanum, non tamen cum gravi irreverentia ex parte materiae & modi, & ideo licet sit culpa, non tamen gravis, sicut qui jurat sine attentione. Unde sufficit ad finem juramenti, quod sine fictione exhiberi debeat, & quod haec obligatio sit proportionata materiae, de qua agitur.

24. An ex tali juramento oriatur obligatio.

Petes: An ex juramento externo, sine intentione jurandi factò, oriatur obligatio religionis ex vi juramenti. Resp. Neg. cum Bonacina hic punct. 7. n. 2. & aliis. Ratio est: quia sine intentione jurandi non subsistit juramentum, quod proinde verè & à parte rei obligationem inducere nequit, ut in simili nec inducit votum, sine animo votendi exterius emissum. In foro tamen externo, sicut pro juramenti validitate, ita & pro nascente inde obligatione, judicabitur, secundum illud Gregorius l. 26. Moral. c. 7. Humane aures verba nostra talia judicant, qualia foris sonant. Divina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis profertur. Apud homines cor ex verbis, apud Deum verò verba sentantur ex corde.

Dixi, Ex vi juramenti: quia ratione scdali vel damni alioquin oritur potest jurans obligari ad servandum juramentum factum. An ex juramento externo, sine intentione se obligandi vel exequendi factò, oriatur obligatio, resolvi potest. Ex dictis dist. preced. quaest. I. de obligatione & simili voto oriunda.

25. Promissio iurata inducit obligationem ex genere suo sub mortali. Est certum & indubitatum apud omnes. An autem non impletio hujusmodi promissionis possit excusari à mortali ratione levitatis materiae, inter Doctores controversatur. Negant Lessius c. 42. n. 23. Wiggers c. 5. n. 155. Herinc Sum. Theol. Pars III.

QUESTIO IV. Quanam sit Obligatio Juramenti Promissorii?

Dico I. Promissio iurata inducit obligationem ex genere suo sub mortali. Est certum & indubitatum apud omnes. An autem non impletio hujusmodi promissionis possit excusari à mortali ratione levitatis materiae, inter Doctores controversatur. Negant Lessius c. 42. n. 23. Wiggers c. 5. n. 155. Herinc Sum. Theol. Pars III.

& alii censentes in juramento promissorio Deum invocari, non tantum in testem veritatis praesentis, quod nempe promittens verè intendat promissionem implere, sed etiam futuram, scilicet alius executionis, ut latius videre est apud ipsos locis citatis.

An excusetur materiae.

Affirmant Suarez l. 3. de Juramento c. 6. Sylvius 2. 2. q. 98. art. 3. conclus. 4. Coninck de Sacramentis disp. 22. ad b. n. 53. & alii plures apud Diana l. 4. T. 1. q. 4. Resol. 70. eò quod econtra sentiant, quod in juramento promissorio Deus adducatur ut testis praesentis promissionis & dans auctoritatem futurae executioni, non verò ut ejusdem testis: ad eum modum, quo Princeps, vel alius vir magnae auctoritatis, contractibus humanis interponitur, ut eisdem sua auctoritate firmet, pro irreverentia sibi facta reputaturus, si, quod in sua praesentia conclusum est, postea non impletur. Unde sicuti Princeps talis, impletione non secuta, propterea non censetur esse inductus ad testificandum falsum, ita neque Deus. Vide Sylvium sup. ubi in responsione ad argumenta variè conatur ostendere. Quae proinde sententia verè probabilis est: tum ob auctoritatem Doctorum eam tenentium: tum ob fundamenta, quibus innititur.

26. Sententia affirmans probabilis ostenditur.

Dico II. Quando executio ejus, quod est promissum, vel dat licentiam peccandi juranti vel alteri, non obligat juramentum. Ratio est: quia juramentum nequit inducere obligationem ad illicitum, cum ad hoc nemo obligari possit, ut per se patet.

27. Juramentum non obligat ad illicitum.

Petes: Quale sit peccatum tale quid jurare? Resp. I. si desit animus exequendi, erit perjurium defectu veritatis primario requisitae, adeoq; mortale. Si autem adfit animus exequendi, jam ratione illius affectus, quem includit, erit mortale vel veniale, pro gravitate operis exequendi. Resp. II. Quatenus tale juramentum non est testificatio Dei super re illicita faciendae est etiam peccatum contra Religionem grave vel leve pro ratione materiae. Ita Suarez l. 3. c. 19. Lessius sup. dub. 4. n. 18. Ratio est: quia velle propositum suum in malo firmare Dei auctoritate est Deo irreverentiam inferre gravem vel levem pro gravitate vel levitate materiae.

28. Quale peccatum committit ita jurans.

Dices I. Adhibens ita Deum in testem committit blasphemiam, utpote qui ipso facto profitetur Deo placere peccatum: cum ideo Deum adducat ad confirmandam assertionem, ut credatur ad eius reverentiam pertinere illam facere veram, supposito juramento. Resp. Neg. Aff. qui enim jurat non profitetur materiam juramenti Deo placere (ut patet in juramento assertorio de re iniquissima) sed Deum esse testem veritatis, & eum nullo modo posse adduci in testem falsitatis; adeoque non opus secundum se, sed veritatem ipsam esse Deo conformem. Deinde qui jurat non attendit, an ratione materiae sit conformis divinae voluntati: sed solum attendit formaliter ad rationem

29. Non profetur ipso facto Deo placere peccatum.

veritatis & ad propositi immutabilitatem ex conceptione generali, quod id, quod juratur, quodammodo fiat immutabile.

30.
An ex unde
digerur
taliter ju-
rans habere
propositum
peccandi?

Dices II. Sic jurans tenetur habere propositum peccandi venialiter, ne alioquin sit perjurus: ergo mortaliter peccat: quippe qui nomen Dei ad hoc assumit, ut in malo suo proposito immutabiliter firmitur, quod sine gravi in Deum irreverentia non videtur fieri posse. Resp. sic juramentum obligari quidem ad nabendum propositum peccandi venialiter, ut vitet mortale perjurium: at hoc non oritur ex natura & vi juramenti, aut talis actionis, sed ex inordinata voluntate, quæ se illi perplexitati immiscet. Quia tamen propositum (ad quod testificandum Deus invocatur) non excedit culpam venialem, ideo neque illa inordinatio ex sua specie excedit culpam venialem juramenti.

31.
Similiter
juramen-
tum contra
divina con-
silia non est
mortaliter
peccaminosum.

Hinc patet, non committi etiam peccatum mortale ab eo, qui jurat se aliquid facturum contra divina consilia, ut si juret se non suscepturum statum religiosum, non servaturum perfectam & perpetuam castitatem intendens inire matrimonium. Ita Bassaus in Supplem. V. Juramentum n. 8. & alii, quos citat.

32.
Juramentum
de re in-
ferenti &c.
non obligat.

Dico IV. Juramentum de re indifferenti, vel de eo, cujus oppositum est melius, non obligat, nisi sit factum in favorem alterius. Constat ex *quæst. 2. de Voto*: est enim eadem utriusque ratio. Dixi, nisi sit factum, &c. tunc enim obligat, nisi homo remittat: quia in promissione facta homini spectatur, quid illi sit gratius, in promissione vero facta Deo, quid melius.

33.
Secus est de
eo quod gra-
vi metu ex-
torquetur.

Dico V. Juramentum gravi metu extortum obligat. Ita D. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. Lessius *dub. 6.* Wiggers *dub. 9.* aliique plurimi contra alios relatos à Sanchez l. 4. de *Matrim. disp. 20. n. 3.* Probatur ex c. Si vero de *Jurejurando* aliique juribus & ratiis à Wiggers *sup.* qui etiam conclusionem de metu injuste incusso ad extorquendum juramentum intelligit. Vide etiam Bassaus V. *Juramentum* n. 6. ubi corollaria hinc deducibilia proponit.

34.
Quid de eo
quod ex er-
rore vel do-
lo emitti-
tur.

Dico VI. Si dolus vel error versetur circa substantiam actus promissi, juramentum appositum non obligat: si autem versetur circa rei qualitatem, & dolus causam dederit, obligat, donec errore vel dolo detecto irritetur. Vide quæ diximus *disp. 1. de Contract. quæst. 2.* Juramentum enim sequitur naturam actus, cui apponitur. Ex quo ulterius sequitur juramentum non ligare, nisi stantibus conditionibus apposis, etiam tacitis, quæ à jure exprimuntur. De quibus *Glossa in c. Quomodo de Jurejurando.*

35.
An liceat
petere jura-
mentum à
pejorato.

Petes I. An licite exigatur juramentum ab eo, qui scitur pejoratus? Resp. I. inducere aliquem ad juramentum modo indebito præstatum, semper est peccatum mortale vel veniale pro ratione defectus in tali juramento. Resp. II. Si exigatur juramentum

non quidem determinate, sed ut id, quod verum est, juretur, non est peccatum, etsi quis sciat alterum pejoratum si justa causa subit juramentum exigendi. Ratio est: quia exigitur ab altero, quod licite fieri potest. Nec obstat, quòd detur occasio mali: quia ex illa tantum sequitur scandalum passivum.

Petes II. An liceat exigere juramentum ab eo, qui bona fide jurabit contra veritatem, id est, firmiter sibi persuadens esse verum, quod est falsum? Resp. Neg. cum Doctoribus communiter contra paucos Recentiores. Ratio est: quia respectu petentis est inductio ad falsitatem testificandam & jurandam, quod est intrinsecè malum. Unde non magis licet talis inductio, quam inductio ad materialem fornicationem, materialem idololatriam & similia peccata, ratione invincibilis ignorantie peccantium à formali malitia excusata.

Nec refert, quòd jurans in casu dato ex parte sua committat actum virtuosum: nam etiam copula quæ à partibus putatur maritalis & adoratio hostiæ, quæ putatur consecrata, sunt formaliter actus virtuosus: & tamen qui novit errorem subesse, nequit ignorantibus prædictos actus materialiter malos suadere: adeoque nec potest inducere ad juramentum materialiter falsum, non obstante bonitate religionis juranti inde obventurâ.

Postremò notandum idem ferè esse dicendum de juramento comminatorio, quod de promissorio: quoties enim malum pœnæ promittitur, quod inferre est malum, non obligat tale juramentum. Item quando intervenit aliquid, ratione cujus melius est impleri, quàm impleri. Item quando mutatur status rei, ut qui jurat se castigaturum filium, non tenetur, si postea veniam petat patris corrigi. Item si malum inferendum inutile putetur, aut majoris boni sit impeditivum, ut si per castigationem juratam filii timeatur turbatio pacis familiæ.

QUÆSTIO V.

De Cessatione Juramenti, Perjurio ejusque Rænis.

Dico I. Obligatio juramenti impeditur per legem positivam statutentem, ut nullam obligationem inducat. Sic Tridentinum *sess. 25. c. 16.* irritat juramentum adjectum renuntiationi bonorum, si fiat ante bimestre, quod præcædit ipsam professionem.

Dices: Obligatio juramenti est naturalis: ergo non impeditur per legem humanam. Resp. N. C. cum enim juramentum promissorium non obliget, nisi acceptetur, non potest nasci obligatio, si is, in cujus favorem fit, per legem fiat inhabilis ad acceptandum.

36.
Vel à patre
verum quod
jurat, &
inducens
novi esse
falsum.

37.
An sit dicitur
juramentum
comminatorio
applicable.

38.
Juramentum
obligat
impeditur
per jura.

Quod

Quod autem possit per legem induci illa inhabilitas, non est dubium. Deinde cum inferior, cui juratur, possit remittere obligationem, poterit ex justa causa idem superior; idque eo ipso, quo quis tentaverit se juramento obligare, si ita statuatur. Nec hoc est contra veritatem juramenti: quia semper subintelligitur tacita conditio, si velis, si non remiseris, si possis acceptare &c.

Dico II. Obligatio juramenti jam induta tolli potest, primo mutatione materiae, ut si materia fiat impossibilis, aut illicita Superiori vetante. Secundo commutatione: quibus enim remittere potest obligationem factam in suum favorem; etsi juramentum esset Deo factum per modum voti: subintelligitur enim, si is, in cujus favorem fit, velit acceptare, vel nisi remittat: quia nemo prudens censetur se obligare ad beneficiendum invito. Tertio commutatione, ut si is, cui factum est, concedat aliud opus loco illius, quod juramento promissum est: ad hoc autem opus facta commutatione jurans non obligatur ex juramento, sed tantum ex pacto: quia in commutatione obligatio subsequens non exigitur sub juramento: secus est in commutatione voti.

Quarto tollitur obligatio juramenti irritatione, quando materia promissa subest alterius potestati. Et in hoc idem dicendum est, quod diximus de irritatione voti: solum excipiuntur juramenta Minorum: etsi enim Curatores possint eorum vota realia, in quantum obstant eorum administrationi, irritare, non tamen juramenta ex L. 1. & 2. Cod. Si adversus venditionem; ubi illis non conceditur restitutio in integrum, etsi ex contractu laesi sint: quia juramentum supplet defectum aetatis.

Quinto dispensatione quae fit auctoritate Superioris, & quidem si juramentum habeat speciem voti, vel sit accessorium ad votum, potest solvi tam dispensatione, quam commutatione ab eo, qui potest a voto ejusmodi materiae absolute potestate ordinaria: quia accessorium sequitur suum principale: est autem illi accessorium, quando tantum additur, ut animus sit firmior ad votum implendum.

Ob hanc rationem omnia ejusmodi juramenta extinguuntur professione Religionis approbatae, immo potest quis tale juramentum a se factum commutare in melius, etsi factum esset in favorem tertii: quia si verba promissionis ad illum directa non sint, nullum jus ille acquirit: si tamen juramentum promissorium in favorem hominis factum & valde acceptatum sit, à nemine, etiam Pontifice, ipso invito potest commutari vel solvi, nisi intercesserit injuria, metus vel injusta poena ejus, cui promissum est, vel bonum commune aliud postulet.

Adverte etiam quando sit commutatio vel dispensatio juramenti, solum fieri appositione vel detractione alicujus conditionis.

Herincx Sum. Theol. Pars III.

nis, quae tacite in juramento continebatur v.g. nisi Superior, cui materia subest, contradicat, nisi ipse sua auctoritate condonet, non velò condonatione nomine Dei: quia non potest Superior condonare obligationem non inferendi Deo injuriam vel irreverentiam, qualis, juxta ante dicta, inferretur, si, quod juratum est, non impletur. Quid autem possint Regulares quoad dispensationem in juramento dictum est disp. 4. quaest. 6.

Juramento opponitur perjurium, quod sumitur dupliciter. Primo latè pro quovis juramento, cui deest aliqua ex tribus comitibus sup. quaest. 2. recentis. Secundo proprie & per se sumitur pro juramento, cui deest veritas, super quam cadit juramentum, sive assertorium sive promissorium, soletque hoc perjurium appellari assertorium, eò quod desit praesens veritas juramento asserta: praeter quod etiam datur perjurium infidelitatis, dum videlicet promissio jurata non impletur: hoc tamen perjurium secundum multos, aliis contradicentibus, non semper est mortale, sed tunc tantum, quando materia est gravis: de quo ante.

Perjurii assertorii enormitatem declarat Augustinus Serm. 28. de Verbis Apost. c. 2. Eiusdem dicens: Da alium, quod scit falsum esse, & dicit verum esse. & jurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit bellua & de rebus humanis exterminanda? Quanta autem praecise sit malitia perjurii videri potest apud Suarez l. 3. c. 3. & Pontium disp. 60. n. 70. qui eam ponunt infra malitiam peccatorum, virtutibus Theologicis per se oppositorum, sed supra malitiam peccatorum (excepta blasphemia & idololatriâ) religioni per se repugnantium; adeoque supra simoniam & fractionem voti: & etiam supra quodvis peccatum contra proximum commissum. Hoc tamen alii non admittunt, contentes homicidium gravius esse perjurio. De quo vide auctores citatos & Lessium c. 42. n. 75.

Poenae perjurii apud diversas nationes sunt diversae & graves. Utroque jure tam canonico, quam civili perjuri sunt infames, ut patet ex c. Infames 6. q. 1. & L. Si quis major Cod. De transactionibus. Quam autem ad hujus infamiae incursum requirantur aut ab eodem exculent, videri potest apud Lessium sup. n. 74. Castro Palao de Juramento disp. 1. punct. 11. Bassam V. Juramentum V. n. 1. ubi etiam alias perjurii poenas recenset.

QUAESTIO VI.

De Adjuratione.

Dico I. Adjuratio, quae est actus religionis, est rei sacrae confessio ad alterum permovendum. Colligitur ex D. Thoma ma 2. 2. q. 90. art. 1. Convenit adjuratio cum juramento in hoc, quod sicut juramentum

A a a 3 adhi-

39. Jam induta tollitur mutatione materiae. Condonatione.

Communtatione.

Irritatione.

Dispensatione.

40. Professio.

41. Quae ratio fiat commutatio vel

42. Perjurium quid.

43. Eiusdem dicens: Da alium, quod scit falsum esse, & dicit verum esse. & jurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit bellua & de rebus humanis exterminanda?

44. Et poena.

45. Quae Adjuratio.

Et quatuor
a juramen-
to distin-
guantur.

adhibetur ad dandam auctoritatem asser-
tioni vel firmitatem promissioni, ita adju-
ratio ad dandam efficaciam iuritioni vel de-
precationi: differt autem in hoc, quod in
juramento auctoritas & reverentia Dei ad-
hibeatur, ut moveat ipsum jurantem: in
adjuracione vero interponatur reverentia
Dei alterius rei sacrae ad movendum
eum, qui adjuratur, ut faciat vel omittat,
quod adjurans intendit.

46.

Præci-
pendo vel
precat. o.

Adjuratio potest fieri duobus modis, sci-
licet præcipiendo & precando. Illa habetur
2. ad Timoth. 4. Testificor coram Deo &c. &
1. ad Thessalon. ultimo & aliis. Hæc habetur
in orationibus Ecclesiæ, quando per Chri-
stum petimus exaudiri, ut in Litanis per
adventum ejus &c.

47.

Directe ad-
jurantur
solæ res ra-
tionales.

DICO II. Propriè solæ res rationales ad-
jurari possunt. Ratio est: quia sic, solæ il-
læ quuntur ratione, ita & solæ reverentiæ rei
sacrae permoveri possunt ad aliquid agen-
dum vel omittendum. Unde res inanimatæ
per se & directè adjurari non possunt, sed
tantum indirectè, sic ut adjuratio dirigatur
ad eum, à quo moveri possunt. Sic exorci-
zatur aqua & alia similia, ut virtus divina
nobis in eorum usu afflatur diabolique vi-
res contundat. De peccato autem quod in
adjuracione creaturæ irrationalis commit-
titur censet Castro Palao de Adjurat. punct.
3. n. 6. id per se esse mortale, quamquam re-
gulariter culpam venialem non excedat ob-
simplicitatem adjurantis. Vide etiam Bas-
sacum V. Adjuratio n. 3.

Indirectè
etiam irra-
tionales.

48.

Ad revo-
candam ad-
juracionis
requiritur,
ut sua pro-
pter Deum.
Et hoc sine
fictione.

DICO III. Ad debitam reverentiam ad-
juracionis plura requiruntur. Primum ut fiat
propter verum Deum in se vel in Sanctis:
aliàs petere aliquid per falsos Deos est ido-
latria. Secundò, ut fiat sine fictione &
ex justo veroque desiderio obtinendi; aliàs
erit peccatum irreligiositatis. Ratio est:
quia quacumque ratione nomen Dei in
vanum assumatur peccatum est: assumitur
autem in vanum, si adjuratio per nomen
Dei fictè fiat. Videtur tamen hoc pecca-
tum ordinariè esse veniale quia levis est
materia & non inferitur gravi injuria Deo.
Idem est censendum de peccato, quod com-
mittit dives petendo pecuniolam propter
Deum. Tertio ut cadat super materiam
justam seu licitam: nam si res sit turpis sit
injuria Deo, quia interponitur ut dans fa-
vorem & auctoritatem actioni turpi. Erit
autem hoc peccatum grave vel leve pro-

Deinde ut
cadat super
materiam
licitam.

ratione materiae, ut supra diximus de jura-
mento. Deinde ut non fiat leviter & qua-
vis occasione.

Quarto in adjuracione debet servari
conveniens habitudo adjurantis ad adju-
ratum, scilicet ut adjuretur imperio, qui
ejus capax est, & sola prece, qui imperii
non est capax. Hoc posteriori modo debet
adjurari Deus, Sancti, Superiores, Amici
&c. in quos non habet adjurans potesta-
tem: priori modo debet adjurari diabolus,
ut docet Augustinus lib. 10. de Civit. Dei
c. 22.

Denique ut
servetur
propositio
inter adju-
rantem &
adjuratum.

Hinc quando sunt Exorcismi nihil de-
bet peti, quod non cedit in illius confusio-
nem & expulsionem, vel ad aliorum uti-
litatem, quæ ab hoste absque ullo signo
benevolentia peti possunt: si tamen aliqua
inutilia, solum ex curiositate, petantur, non
est statim mortale, ut docet Suarez l. 4. c. 2.
num. 9. Lessius c. 42. dub. 13. num. 71. & alii,
quibus contradicit Castro Palao sup. punct.
4. n. 8. eò quod talis postulatio non pos-
sit esse nisi deprecatoria, quæ, fatentibus
plerisque prioris sententia patris, semper
est mortalis, nisi inadvertentia excuset.
Plura quæ de adjuracione dæmonis per ex-
orcismos Ecclesiæ faciendâ, hic à Doctori-
bus solent oblectari, vide à pot. tradita
Pa. Tract. 3. disp. 4. q. 9. videri etiam potest
Castro Palao loco cit.

49.
Quæ ex-
orcismi à
diabolo de-
bentur aut
possunt peti.

Petes: An adjuratio per imperium Su-
terioris facta inducat obligationem in ma-
teria religionis? Resp. Neg. cum Suarez
sup. c. 4. n. 16. Ratio est: quia potestas Su-
terioris vel Judicis ad extorquendam ve-
ritatis confessionem non ordinatur ad cul-
tum religiosum Dei, sed ad humana judi-
cia & negotia terminanda: ergo non potest
dictam confessionem præcipere sub ratio-
ne cultus religiosi: & quavis possit jura-
mentum exigere (quia, ut ait Apostolus ad
Hebræos 6. Omnis controversia eorum sine ad-
firmatione est juramentum) adjuratio tamen
ad hoc non est introducta, sed solum,
ut ex divini nominis comemoratione alter
amore vel timore moveatur extra omnem
obligationem. Hinc Genesis 47. postquam
Jacob adfasset Joseph & ille obtulisset fa-
cere, Exegit etiam juramentum. Itaque si
fiat adjuratio & non exigatur juramentum,
poterit quidem ex justitia vel obedientia
obligari, non tamen ex virtute religio-
nis.

50.
An adju-
ratio extor-
tio Super-
rioris indu-
cat obliga-
tionem in
materia re-
ligionis.

DISPUTATIO SEPTIMA

De Superstitione.

QUESTIO I.

De Superstitione in Genere & prima ejus specie, Idololatria.



UONIAM virtus Religio- nis, uti alia virtutes, in medio consistit, hinc contra eam peccatur vel per excessum, & vocatur Superstitio: de qua in hac Disputatione agemus, vel per defectum, & appellatur Irreligiositas de qua disp. seq. Superstitio itaque est vitium Religioni oppositum per excessum, non quasi in cultu divino excedat ultra prescriptum verae religionis: sed quia exhibet cultum divinum, cui non debet, vel alio modo, quam debet, recteque describitur esse falsa religio, id est, vitiosus cultus veri vel falsi Dei: quamquam enim Superstitio maxime committatur per cultum falorum Deorum: habet tamen etiam locum in cultu veri Dei, ut patet in cultu ab haereticis offerri solito.

Quid Superstitio.

2. Dividitur in superstitionem cultum indebitum & rei cultum. Et illa item in superstitionem cultum.

Et Superstitio.

3. Superstitio.

obscurata superstitione & magia. Vel enim diabolus honoratur, ut Numen, & est Idololatria; vel solitur, ut aliquid occultum revelet, & est Divinatio, vel ut dirigat in operando, & sic est Superstitio vanarum observationum vel magia. De prima hujus superstitionis specie hac questione agemus, de aliis insequentibus acturi.

4. ratione rei cultus quatuor species.

Itaque idololatria derivatur ab idolo, quod nihil est aliud, quam imago vana & instabilis, seu imago rei, quae est destinata ad indebitum cultum alicui tribuendum. Hinc imagines Sanctorum & Regum non sunt idola: tum quia sunt imagines rerum verarum, institutae ad representandum id, quod vere fide est: tum quia non sunt destinatae ad cultum indebitum.

4. Idololatria derivatur ab idolo, quod describitur.

Idololatria generatim & metaphoricè sumitur pro omni peccato, quo quis mortifere inhaeret creaturae: proprie autem est cultus, quo creatura loco Dei colitur. Exhibetur autem ille non solum sacrificio (quod soli Deo debetur) sed etiam quovis alio signo honoris, quo intendimus creaturae tribuere aliquam excellentiam Deo propriam, ut si quis detegat caput ad imaginem Minervae tamquam numinis sapientiae.

Quid idololatria.

Prima origo idololatriae fuit desiderium praesentiae mortuorum: cum enim parentes mortuos filios summe desiderarent praesentes, illis statuas erexerunt, in quibus filios tamquam praesentes cernerent. Ita clare colligitur ex Sap. 14. Deinde ipsae statuae tamquam numine plene & animatae coli ceperunt: & quia diabolus statuis illis, mox ut dedicatae erant, se insinuavit, putabant Ethnici se posse Deos facere, quam potestatem miratur & extollit Trimegistes, ut refert Augustinus 1. 8. de Civit. Dei c. 23. Ex his postmodum factum est, quod Ethnici capti pulchritudine, & virtute corporum caelestium & elementorum, nec considerantes, unde eam haberent, etiam eis cultum divinum exhibere ceperunt, & eorum imagines adorare, ut habetur Sap. 13. Postremo crescente prava consuetudine eoque deventum est, ut si aliquid esset, quod aliqua utilitatem vel noxam adferret hominibus, mox pro Deo coleretur ad commoda conferenda & incommoda avertenda, sic Bovem, Capram, Crocodilum &c. coluerunt: proveniebat hoc ex falsa imaginatione, qua putabant omnibus hujusmodi rebus vim aliquam invisibilem praesidere & connexam esse, a qua regerentur: quam proinde precibus ac sacrificiis placandam censebant.

Ejus prima origo & progressus.

6. Quia fuerit prima, secunda & idololatriam.

Ex dictis patet, primam idololatriam fuisse cultum hominum mortuorum, qualis est Iovis, Martis &c. secundam caelorum, statuarum & daemonum in Parvis: tertiam elementorum & partium mundi, ut Solis, Lunae &c. quartam aliarum rerum humano generi commodarum vel noxiarum.

7. Est peccatum mortale gravissimum.

Idololatriam peccatum mortale est gravissimum, eo quod peccans honorem divinum ipsamque divinitatem, quantum in se est, transferat in creaturam: sicut etiam in republica gravissimum cenleretur crimen, honorem regium ipsamque regiam majestatem in alium, quam legitimum principem, ex plena scientia, quantum in se est, transferre: ideoque sicut hoc est crimen laesae majestatis humanae, ita & illud laesae majestatis divinae. Et quidem Suarez l. 2. de Superst. c. 6. n. 15. quem sequitur Castro Palao disp. 1. de Superst. punct. 2. n. 2. docet idololatriam peccata virtutibus moralibus opposita (secus cenlet de iis quae virtutibus Theologicis per se opponuntur) excedere in malitia: nos postea eam cum blasphemia conferemus.

QUESTIO II.

De Divinatione ejusque Speciebus.

8. Quid sit divinatio,

DIVINATIO hic est inquisitio de aliquo peccato, quod humano modo cognosci non potest, ope vel disciplina daemonis facta. Quamquam enim daemones non possint certo cognoscere futura (circa quae maxima ex parte veritatur divinatio) quae a libero arbitrio alterius dependent, longe tamen plura de futuris rebus, quam homines cognoscunt. Primum quia cognoscunt omnes causas naturales & earum vim, ut solis, lunae &c. ex quibus facili colligunt, qui effectus secuturi sint ex parte illarum: remotè autem etiam colligunt ex complexione corporum humanorum, in quid voluntas maxime propendeat. Secundò quia sciamam habent experientiam: milles enim observarunt, quid & ex quo in causis liberis sequi soleat, & quibus rebus humana voluntas impellatur. Tertio cognoscere possunt ab angelis beatis vel ex scripturis, quas melius intelligunt, quam homines. Quarto quia vident in locis longinquis effectus jam inchoatos.

9. Divinatio alia expressam demonis invocationem, alia per implicitam. Prior vocatur Necromantia continetque varios sub se modos, secundum quos diabolus rite consulitur, vel consultus respondet: nam consuli solet primò per sacrificia animalium & tunc respondere solet per signa apparentia in extis animalium & vocatur Haruspicium. Secundò per preces in idolis & tunc respondere solet per ipsa idola, & vocatur Oraculum. Tertio per preces in

suis Prophetis, qui vocantur Pythonici & Pythonissae, & tunc respondere solet per umbilicum vel alias partes inquestas, teste Origine l. 7. contra Celsum. Quoad alios modos vide alios auctores.

Posterior divinatio subdividitur in illam, quae fit per media non facta opera hominum, & in eam quae fit per talia media. Prima ex his ulterius subdividitur in eam, quae fit per situs & motus astrorum vocaturque Astrologia judiciaria (de qua egimus disp. 6. de Deo Creatore q. 5.) item in eam, quae fit ex garritu avium, appellaturque Augurium: in eam, quae fit ex volatu aviù & dicitur Auspicium: in eam, quae fit per lineamenta manùs & nuncupatur Chiromantia: in eam, quae fit occasione alicujus verbi ab homine fortuito vel alia occasione, quam divinas intendat, prolatis, & vocatur Omen. Denique in eam, quae fit ex somniis, non à causa naturali, puta constitutione caeli, aëris proprii corporis, vel à Deo, sed à dæmone immixtis: à quo autem somnia orientur vel immittantur nullà notitiâ certitudinali, sed tantum conjecturali, ex dispositione, quam somnia post se relinquunt, vel ex fine, ad quem movent, delumenda, conclusi potest: si enim dicta dispositio vel finis in bonum tendat, Deo: si verò in malum, dæmoni tamquam causae omnia adscribenda esse conjectant Doctores.

Tunc autem & non aliàs, jam allegatae divinationes sunt superstitionis, quando ex astris, garritu volatuque avium & lineamentis somniisque humanis colliguntur effectus, ex natura rei vel divina ordinatione inde non colligibiles. Alioquin satis constat ex garritu & volatu avium mutationem auræ, ex somniis mutationem sanctorum, infirmitatis, occultam humorum qualitatam, quantitatem & efficaciam posse conjectari: prout etiam naturalistae ex lineamentis corporis humani ejusdem robur aut debilitatem conjectare solent, ut apud Aristotelem in problematibus & alios videre est.

Altera species divinationis per implicitam dæmonis invocationem, quae fit ex actione aliqua humana ad divinandum directè, vocatur sortilegium: quod proprie significat rei futuræ per sortes explorationem. Triplices autem sunt sortes, videlicet divinatoriae, consultatoriae & divinatoriae. Divinatoriae sunt, per quas decernitur, qui sit res aliqua tribuenda, sive sit honor, poena vel functio: hæc sortes per se sunt licitæ extrajurisdictionem Ecclesiasticam (in quo prohibentur c. Ecclesia vestra, de Sortileg.) ut post Suarez de Superst. c. 12. n. 3. Sanchez l. 2. Moral. c. 38. n. 57. & alios, quos citat, docet Castro Palao de Superst. disp. 1. punct. 6. n. 2. & Bassani in Supplem. V. Divinatio n. 13. qui etiam referunt casus, in quibus per accidens illicitæ sunt sortes divinatoriae.

13. Alia consultatoria qua per se sunt illicita.

Consultatoriae sunt, quando ex iis quaeritur divinum consilium, ut sciatur in negotio oblcuro, quid agendum sit. Haec sunt regulariter illicita, velut reprobationem Dei involventes & prohibita c. Sortes 26. c. 5. nisi ex instinctu divino vel in necessitate in re ardua, deficiente humano consilio cum debita in Deum reverentia & fiducia adhibeantur juxta illud Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.

14. Et alia divinatoria, qua constituantur sortibus legitime sortitionum.

Sortes divinatoriae sunt, quae adhibentur ad inquirendam futurorum eventuum veritatem, constituuntque sortilegium superstitiosum, tamquam attribuentes demoni futurorum praescientiam, soli Deo propriam, taciturnaque cum eodem demone tam ad sortes dirigendas, tum ad effectus praesignatos procurandos, involventes pactum: nam a nulla alia causa, quam a diabolo cum aliqua apparentia potest sortium moderatio ad occulta & futura significanda expectari.

15. Divinatio ex genere suo est peccatum mortale.

Divinatio ex communi Doctorum sententia est peccatum mortale ex suo genere, sive fiat cum expressa sive cum tacita demonis invocatione. Ratio est: quia divinatio importat sortitium & societatem cum demone, per aetuo Dei hoste: nam per divinacionem homo disciplinae diaboli se subijcit, ab eo occulta aut futura edocendus, ipsiusque documentis fidem praestiturus, adscripta plerumque eidem futurorum praescientia, soli Deo propria juxta illud Isara 41. Annuntiate qua ventura sunt in futurum & sciemus quia Dy estis vos.

16. An levitas materia de mortali est?

Unde existimat Bonacina Tom. 2. disp. 3. quaest. 5. punct. 3. n. 16. post alios, quos citat, non dari levitatem materiam a mortali excusationem, si divinatio serio fiat. Si vero joci causa quis ostendat se velle futura divinare, interim credens totum esse futile & inane, communiter Doctoris censent talem non incidere in culpam gravem: tamen Castro Palao sup. punct. 3. n. 6. hunc usum raro a mortali excusandum putat.

17. An liceat a demone petere, ut quid revelet, eo modo quo scire potest.

Similiter Bonacina sup. n. 18. divinacionem per somnia, sortes &c. a mortali liberat, si quis per simplicitatem (quod in mulierculis facilius locum habet) illis fidem praestet, si ex ruditate putet a Deo esse, vel tenuiter credat.

Petes I. An sit superstitiosum petere a demone, ut aliquid revelet, eo modo, quo potest cognoscere? Resp. Affir. cum Suarez sup. c. 8. n. 16. Ratio est: quia per hoc ipsum demon intendit aliquid usurpare de excellentia Dei, & honore illi ab hominibus debito, in hoc saltem, quod homo, Deo relicto, ad ipsum recurrit, se illi subijciendo pro auxilio: ergo in hoc illi cooperari tamquam ejus auxilio quis indigeret est superstitio. Deinde licet forte in principio demon non consulatur, ut infallibilis veritatis, tamen intendit hominem inducere

ad talem estimationem vel saltem, ut eam profiteatur & signis ostendat, & deo consulens demonem tale periculum incurrit: periculum autem peccati & ipsum peccatum sunt ejusdem rationis.

Petes II. An divinatio cum tacita & cum expressa demonis invocatione habeant naturam eandem speciem? Resp. Affir. cum Reinaldo, Lessio, Layman & aliis, quos citat, & sequitur Bassus V. Divinatio n. 5. Ratio est: quia taciti & expressi eadem est ratio: atque exemplo professionis tacitae & expressae.

Petes III. An divinationes exercentes, vel divinos consulentes sint ipso facto excommunicati? Resp. probabilis esse quod non: nam c. Si quis arrosos 26. q. 5. in quo excommunicatio illa infligi deberet intelligi potest, adeoque debet, de excommunicatione ferenda sententia, ipsum sic interpretante consuetudine, ut post Suarez, docet Bonacina sup. n. 22.

QUESTIO III. De Vana Observantia.

VANA observantia est superstitio, qua media inutilia adhibentur ad praestandum vel omittendum aliquid, ad quod illa media nec a Deo, nec a natura virtutem habent. Ut cum ex consideratione aliqujus eventus fortuiti colligit quis aliquid prosperi vel adversi, & inde actiones suas moderatur. Distinguitur a divinacione, quod haec circa speculativam occultorum aut futurorum effectuum cognitionem veretur: illa vero ad opus aliquod praestandum vel omittendum tendat, quae proinde pactum cum demone importat; utpote intendens opus aliquod per media plane inutilia consecrandum, adeoque per demonem promovendum.

Vanae observantiae tres communiter statuantur species, nempe pars notoria, observantia sanitatum & observantia eventuum. Ad has species ceterae sunt revocandae, sive cum expressa, sive cum tacita demonis invocatione fiant. Quae species secundum Castro Palao disp. 1. de Superstit. punct. 8. n. 6. post Suarez l. 2. de Superstit. c. 14. n. 10. & c. 15. num. 2. materialiter dumtaxat differunt, in substantiali malitia superstitiosis plane convenientes.

Ars notoria est ratio consequendi scientiam insulam absque labore per media ad hoc inutilia, ut sunt inspectioes quarundam figurarum, prolationes verborum ignorantum & similia vana & inefficacia adminicula. Hac arte Anabaptistae utuntur, dum ccaenae suae poculo sumpto in instanti aliquando scripturarum, antea omnino ignoratarum, scientiam consequuntur, demone indubiè eam suggerente, vel (ut vult Sylvius 2. 2. q. 96. art. 1.) ipso per eorum os loquente,

18. An divinatio cum tacita & expressa demonis invocatione sint ejusdem speciei.

19. Divinationes non sunt ipso facto excommunicati.

20. Quid vana observantia.

Distinguitur a divinacione.

21. Tres ejus species accidentales enumerantur.

22. Scilicet ars notoria, qua describitur.

quente, ipsosque ista dementante, ut scripturas se intelligere putent. Unde per Ecclesiam exorcismos, à Catholicis adhibitos, non raris illa scientia ipsis non sine confusione admittitur: quin & ad fidem Catholicam converti in primam ignorantiam revertuntur, ut desert *Marchant To. 2. Tr. 2. part. 3. Tit. 19. 2. §. 2.* Hæc observantia ex genere suo est peccatum mortale: quippe quæ continet tacitam cum dæmone, à quo scientiæ infusio expectatur, societatem.

23.
An scientia per dæmonem semel acquisita licent uti.

Dubium autem moveri potest, an acquisita semel, ope dæmonis, scientiâ postea liceat uti? Affirmat *Suarez sup. c. 17. n. 1. & 2. Sanchez l. 2. Moral. c. 4. n. 1. & c. 42. n. 20.* aliique plures modò conservatio aut usus illius scientiæ independenter à dæmone adhibeatur. Ratio est: quia scientiâ ex se bona est, & peccatum, quo acquisita & parata fuit, jam pertransiit & desinit.

24.
Quid observantia sanitatum.

Observantia sanitatum est superstitio, quæ adhibetur mediâ inania & inutilia ad sanandos morbos hominum, vel brutorum: ut contingit, dum ad sanitatis conservacionem, recuperacionem, vulnèrum sanitatem, dolorum mitigationem, ab hostibus protectionem, adhibentur verba, signa, ceremoniæ, nec à Deo, nec à natura, ad id vires habentia.

25.
Licitum est gestare Agnos Dei.

Licitum tamen est gestare Agnos Dei, verba scripta, Evangelium Sancti Joannis &c. ad sanitatem recuperandam, conservandam, similisque effectus obtinendos, ut testatur *Augustinus Tract. 7. in Joannem dicens: Cum caput tibi dolet, laudamus, si Evangelium ad caput tibi posueris.* Ut tamen ratio superstitionis facilius excludatur advertendum est cum *Sylvo sup. art. 4. Marchant & aliis*, ne ignota nomina vel characteres admisceantur. Deinde ne aliquid falsi addatur v. g. quod Christus febribus laboraverit: similiter ne ponantur res in modo scribendi, portandi vel suspendendi, aut simili loci, temporis &c. observatione, ad divinum cultum reverentiamque minimè pertinente. Denique ne infallibiliter, sed tantum cum bona in Deum fiducia effectus desideratus expectetur. Quomodo autem à vana observantia excusari possint quædam ceremoniæ in diversis Ecclesiis & peregrinationibus ad Sanctorum Reliquias toleratæ & continuæ quasi consuetudine approbatæ, videri potest apud *Marchant sup. dub. 7. & Wiggers hic dub. 15.*

Cautela.

26.
Hæc superstitio ex genere suo est mortalis.

Hæc superstitionis species ex genere suo est peccatum mortale, nisi ignorantia excuset: eò quod, saltem implicite à dæmone sanitas aut similis effectus, aliàs per mediâ adhibita non comparabilis, expectetur. Unde parvitas materiæ per se nequit excusare à mortali; ut potest relinquens societatem & commercium cum dæmone, quod in quavis materia gravem continet malitiam, Valentia nihilominus *Tom. 3. disp. 6. q. 13. punct. 3.* in fine excusat à mortali ob parvitatem

An parvitas materia excuset.

materiæ, dum non intercedit expressum cum dæmone pactum, ut si quis annulum semel moveat super filium. Quod etiam admittit *Sanchez c. 40. n. 25. & 13.* si hoc semel faciat joco ad experiendum effectum causâ curiositatis.

Observantia eventuum contingit, quando fortuito aliquid contingit vel occurrit, ex quo homo sibi vel alteri aliquid prosperi vel adyersi conjectat: indeque suas actiones moderatur: ut si egredienti domum occurrat vulpes aut lepus, aut si piscem piccantem audiat, & inde malum sibi augurium prælagit: indeoque domum repetat.

Hanc observantiam, etsi divinationi valde vicinam & affinem, ab ea tamen distinguit *Bonacina Tom. 2. disp. 3. q. 5. punct. 4. n. 22.* post *Lessium c. 43. n. 66.* in eo, quod in hac observantia signa, ex quibus prælagium sumitur, fortuito occurrant aut incidentin divinatione verò ex proposito querantur & adhibeantur. Deinde quod in hac observantia principèter intendatur directio operationum; in divinatione autem notitia futurorum aut occultorum.

Hanc observantiam ex genere suo esse peccatum mortale docet *Lessius sup. Bonacina n. 23.* aliiq; ab eo citati: quamquam in ratione ignorantis & bonæ fidei homines simplices sepius à mortali excusentur.

QUESTIO IV.

Quid & Quotuplex Magia & que ejus Fundamenta?

Magia alia est naturalis & alia superstitiosa, quæ ab aliis diabolica appellatur. Naturalis est ratio quædam operandi mira per causas naturales, absque dæmonis opera. Hanc magiati, etsi de se non malam, tamen ut periculosam & sensim ad superstitiones magducentem cavendam monet *Wiggers de Superstit. dub. 17. num. 102.* post *Malderum, Suarez & alios.*

Magia superstitiosa, de qua solum hic agimus, est, quædam ratio operandi mira per signa ope dæmonum: sicut enim magia naturalis utitur causis naturalibus, in superstitiosa utitur quibusdam signis, quibus ex quodam pacto allicitur dæmon, ut faciat, quod magus petit.

Magia superstitiosa iterum duplex est, seu potius duplicem habet finem. Primus finis est ostentatio vel aliud commodum proprium vel alienum, & sic communi nomine vocatur magia. Secundus finis est dænum alicui inferendum, & dicitur maleficium, veneficium vel sortitaria.

Magia habet quædam fundamenta, ne statim appareat diabolum esse auctorem operum magicorum, ut facilius hominibus curiosis & stupidis hæc ars commendetur. Primum est: mundum & singulas ejus partes ha-

27.
Quid observantia eventuum.

Et qualiter à divinatione distinguitur.

Est ex genere suo mortale.

28.
Magia alia naturalis.

29.
Habet quædam fundamenta.

29.
Habet quædam fundamenta.

Secundum.

tes habere animam rationalem. Secundum nomina Deorum & Dearum non esse nomina demonum, sedistarum animarum: quatenus enim habent vim intelligendi, vocant nomine masculino, & quatenus animant corpus, feminino. Hæc fundamenta excogitata sunt, ut, quando magi exprẽ se invocant dæmones, non videantur ipsos invocare, sed animas præfatas, quas dicunt esse bonas virtutes à Deo in ministerium & utilitatem hominis per mundum distributas.

Tertium.

Tertium fundamentum est, præter angelos bonos & dæmones malos, esse multos dæmones bonos, quorum alii sunt cælestes & præstant stellis & animabus earum: alii elementares, ex quibus alii sunt aërii, alii ignei. Quartum, animã humanam, quando exardescit in magnum desiderium, habere potestatem ad imprimendum verbis, scripturis & imaginibus vim quãdam, quæ naturaliter efficax sit ad effectum desideratum agendum, modò proportionem ad hunc effectum habeant, quæ in eo significando sita est: v.g. si velis alicui nocere adhibenda sunt verba significantia noxam.

Quintum.

Quintum est, imagines & characteres fidei & signorum cælestium sub congrua sibi constellatione formatos accipere eandem vel similem vim cum ipsis sideribus.

Hæc duo postrema excogitata sunt ad persuadendum omnes incantationes, adjurationes &c. naturaliter operari per vim à sideribus, vel ab anima impressam; adeoque actiones magicas esse naturales. Sed hæc omnia vana sunt & contra omnem rationem, & quartum fundamentum est contra Scripturam Matth. 6. Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? & Matth. 5. Non potes unum capillum album facere aut nigrum.

30.

Est ex genere suo peccatum mortale.

Hæc omnia multa alia peccata annexa que sunt ad illa.

Magia ex genere suo peccatum mortale est, utpote continens expressam vel tacitam dæmonis invocationem ac proinde fornicitatem & benevolentiam erga illum, & ordinariè multa alia peccata annexa habet, de quibus magi in confessione sunt interrogandi, ut hæresis & infidelitas, abnegatio Dei & Sanctorum execratio, idololatria, blasphemia in Deum & Sanctos, profanatio & abusus rerum sacrarum, maxime earum, quæ ad sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum pertinent, luxuria & nefariæ cum dæmone commixtiones, denique damnâ proximorum, homicidia, præsertim infantium necdum baptizatorum, quorum ossiculis ad varia præstigia & maleficia utuntur magi, mortes animalium, vastatio arborum segetum & similia.

31.

Hæc omnia peccata sunt quæ sunt ad illa.

Magiam non excusari à mortali ob parvitatem materiæ patet ex ante dictis de aliis superstitionis speciebus, traditurque à Tolero, Filinscio, Lessio, Sanchez, Diana apud Bassam V. Magia n. 2.

32.

Petes: qualiter cognosci possint opera

magica? Resp. cognosci posse tribus modis. Primo ex conditione causarum, quæ adhibentur, ut si expresse invocetur diabolus, item si preces adhibeantur, quatenus falsa permixta sunt, item si verba exotica, characteres, imagines, ligaturæ &c. præter Ecclesiæ morem: cum enim effectus, qui intenditur, nequeat ab his causis produci, hæc producat a Deo, sequitur quod à solo diabolo qui in positione harum causarum inefficacium implicite invocatur. Nec obstat, quod interdum non nisi verba sacra adhibeantur: quia non diriguntur ad Deum, nec eo sensu proferuntur: quo sacra sunt, sed animo profano, id est, ad obtinendum effectum, vel alium, ad quem ex Dei vel Ecclesiæ institutione non sunt ordinata.

Opera magica dignosci possunt ex conditione causarum adhibitarum.

Secundo ex conditione operationis, ut cum repente curatur animal absque miraculo, item si parvo tempore multa millaria conficiantur, si hic pungatur imago cerea Petri v. g. & ille alibi doloribus conficiatur. Tertio ex effectus conditione, videlicet si effectus humanam industriam superet. Sunt autem ejusmodi plura, quæ à magis operâ dæmonum re ipsa, vel secundum speciem fiunt: quædam enim fiunt circa elementa, ut excitatio tempestates: quædam circa corpora animalium, ut celerrimè transferendo, eaque transformando, infundendo morbos, aut morbos mirabiliter curando, impediendo læsiones & similia: quædam circa animam conjunctionem corpori, ut operando omnia ea, quæ ex corporis dispositione pendent, v. g. amentiam, odia, amores &c.

Ex conditione operationis.

Vel ex conditione effectus.

QUESTIO V.

An liceat tollere signa magica eo sine ut dæmon nocere desinat?

Satis constat illa signa posse licite tolli ex indignatione vel odio facinoris, quo maleficus ea posuit, vel ut tesseram sui cum dæmone pacti; vel in contemptum ac detestationem, tum diaboli, tum magicæ superstitionis, ut oblat Sylvium q. 96. art. 4. sed difficultas est, an signa illa amovere vel destruere liceat ea intentione, ut cesset noxamentum à dæmone alioquin interendum. Ad quam

33. Licet signa magica tollere ex indignatione vel odio in dæmonem.

Dico I. Non licet tollere signa magica per novum maleficium. Ratio est: quia adhibitio novi malefici est intrinsecè mala, tamquam expressum vel tacitum cum dæmone pactum involvens. Unde nulla utilitas vel necessitas prædictam malitiam abstergere potest.

34. Numquam tamen per novum maleficium.

Dico II. Licet tollere signa magica absque maleficio, ea intentione, ut dæmon nocere desinat. Ita passim Doctores cum Scoto 4. d. 34. num. 4. ubi dicit hoc esse meritum contra Estium 4. d. 34. §. 8. & 9. quem

35. Et scilicet licet tollere ex intentione ut cesset noxamentum.

quem sequitur *Sylvius sup. conclus. 3.* Ratio est: quia eiusmodi amotio signorum non est invocatio demonis ex natura rei, sed potius eversio prioris pacti; neque etiam ex intentione operantis, at quæ illi prorsus est contraria: ergo simpliciter est licita, cum aliunde non sit illicita. Patetque insuper exemplo sublationis signorum hostilium, inter homines, ipse nocenti cessatur faciendæ. Si quis enim, inisset pactum cum hoste, quod dato signo domum vel urbem incendet, is, qui tale pactum sciret, absque ullius cum hoste societatis vel pacti nota, signum illud amovere posset.

36.

Dices I. Qui tollit signa magica eo sine, ut diabolus nocere desinat, effectum desideratum non expectat à causa naturali, neque à voluntate humana, neque per miraculum à voluntate Dei aut Sanctorum: ergo expectat eum à diabolo, quod est illicitum, velut implicitam demonis invocationem continens. Resp. effectum desideratum expectari à Deo, non quidem miraculose, sed juxta ordinariam ejus legem obtinendum: quamquam enim Deus absolute posset demoni permittere nocentia inferendorum continuationem independentem à quorumlibet signorum positione: juxta ordinarium tamen suum agendi modum eam non permittit, nisi malitiam humanam per signorum quorundam adhibitionem suo modo concurrentem & cooperante: quibus proinde signis sublatis de per se à Deo sperari potest locumentorum, aliàs inferendorum, cessatio.

37.

Dices II. Qui tollit signa magica modo prædicto, immiscet se pacto malefici cum demone, quod est hujusmodi, ut signo posito, diabolus nocere incipiat, & eo sublato desinat. Resp. non esse necesse, quod duplex illud pactum inter demonem & maleficum intercesserit, sed potest fuisse unicum, videlicet ut posito signo demon noceret, quo signo sublato, demon ulterius nocere non permittitur: atque ita potest æstimare, quisquis signa magica tollit, nisi aliunde sibi constet duplex pactum intercessisse. Quo posito adhuc licitum erit signa magica tollere, per actiones ad hoc ex se vel Dei aut Ecclesiæ ordinatione idoneas, ut docet *Wiggers n. 141.*

38.

An autem in hoc casu signa magica tollere liceat per talem actionem, quæ neque ex natura sua, neque ex Dei voluntate, vim habet impediendi maleficium, major est difficultas, quæ ad conclusionem nostram (ad cujus verificationem sufficiunt præmissa) impertinens & disparata. In qua apparet *Wiggers hęc dub. 21. n. 144.* non satis intelligibile, quomodo actio, nec ex se, nec ex Dei vel Ecclesiæ ordinatione vim habens impediendi maleficium, possit adhiberi ex intentione maleficium impediendi, absque aliqua communicatione cum demone. Nihilominus oppositum, pro quo

Wiggers sup. n. 145. refert *Suarez, Maldarum & alios*, non est improbable, eò quod videatur talis actio, posse adhiberi ad hoc, ut, signo magico per eam sublato, Deus demonem coerceret, ne ulterius nocere pergat: atque ita cessatio maleficii seu nocentia per talem actionem fatenta non expectatur ex præcedenti demonis pacto, sed à Deo, juxta ordinariam suam legem, sublato signo demonem ab ulteriori nocimento cohibente. Alia, quæ obijci solent, ex dictis solvi possunt. Interim videri potest *Lessius p. 44. dub. 6.*

Ex dictis sequitur, esse obligatorium signa magica tollere, dum ille, qui eorum conscius est, commode potest: quia tenetur impedire tum peccata per illa signa, tamquam conditionem sine qua non, committendam: tum damna inde proximo obventura, ut observat *Sanchez l. 2. Moral. c. 41. n. 22. Suarez l. 2. de Superstit. p. 17. n. 13.* & alii. Si tamen sine gravi sui vel tertii incommodo signa illa tollere, non possit, ad id non tenetur.

Similiter ex dictis resoluta manet difficultas illa, an non solum licitum sit signa magica tollere, eo sine, ut diabolus per ea nocere desinat, sed etiam ponere alia signa, per quorum positionem expiret pactum prius & diabolus nocere desinat: nam si illa signa ex se, vel Dei aut Ecclesiæ ordinatione, habeant virtutem destructivam maleficii, omnino licitum est illa adhibere. Si verò neque ex se, neque ex Dei aut Ecclesiæ ordinatione, prædictam habeant virtutem, sed sint omnino indifferentia, procedendum est juxta alterutram sententiam *num. 38.* cum suo fundamento allatam.

Petes: An liceat à malefico petere dissolutionem maleficii? Resp. id non licere, si dissolutio fieri nequeat nisi per novum maleficium, ut patet ex dictis *conclus. 1.* idque etiam si maleficius ad hoc se paratū exhibeat cum equidè novi maleficii adhibitio maneat intrinsecè mala, ad quam proinde induci potest. Nec obstat, quòd ex justa causa liceat petere juramentum ab eo, qui scitur peccaturus: quia in hoc casu, solum petitur actio, quæ bene & malè fieri potest: in illo autem, quæ non nisi malè.

Unde consequenter *Bonacina hęc puncta 5. n. 8.* post *Suarez & Sanchez*, quos citat, docet ex justa causa maleficium simpliciter induci posse, ut maleficium tollat, quòd potest modo licito, etiam si illicitum quoque adhibere possit. Hoc tamen limitat *Wiggers dub. 23.* ad casum, quo inducens persuadet sibi probabiliter maleficium non ulurum malà arte, quanto aliter potest: sed verò certò aut probabiliter credat & sibi persuadeat, maleficium tali arte ulurum, etiam aliter possit, putat tunc non licere. Quæ tamen limitatio difficultatem patitur, ob exemplum juramenti, quod, exigi potest ab eo, qui moraliter certò æstimatur peccaturus, mo-

Qua cessatio expectatur à Deo, non à demone.

Idem, sine periculo se immiscendo pacto demoni.

Quid si actio signorum destructiva ex se neque ex ordinatione Dei vel Ecclesiæ ad id vim habeat.

39. Conscientiam signorum tenentur ea tollere.

40. Similiter licet signa magica tollantur per ea signa, quorum positionem contractum.

41. Non licet à malefico petere dissolutionem maleficii, nisi per novum maleficium.

Quid si maleficium moraliter certò, maleficium sit ulurum, etiam aliter possit.

rus, modo tamen possit non pejerare: idē- que *Castro Palao punct. 12. n. 4.* probabilius censet etiā in hoc casu licitē à malefico peti dissolutionem maleficii. Hoc saltem constat

maleficiū ex lege charitatis debere ab inducente excitari, ut maleficum modo licito dissolvat: nam quilibet tenetur, ubi commode potest, proximi peccatum impedire.

DISPUTATIO OCTAVA.

De Irreligiositate.

1. Irreligiositas Religioni opponitur per defectum. Hinc species.



IRRELIGIOSITAS Religioni per defectum opposita, ut ante diximus, est defectus cultus Deo debiti. Cōprehenditque sub se tentationem Dei, sacrilegium, blasphemiam, simoniam, perjurium & voti violationem: sed de his duobus postremis vitiis in præcedentibus actū est, & de *Simoniam disp. seq.* agemus, de reliquis nunc acturi.

QUESTIO I.

De Tentatione Dei.

2. Tentatio dupliciter dicitur.

TENTATIO sumitur dupliciter. Primò ut idem sit, quod ad malum incitare, quo modo diabolus hominē tentat. Secundò significat dictum vel factum, quod adhibetur ad capiendum experimentum de aliquo qualitatibus, ut de potentia, scientia, justitia &c. juxta hanc significationem sumitur tentatio hoc loco.

3. Quid Tentatio Dei.

Vnde malum.

Est igitur tentatio Dei actus Religioni oppositus, quo quis absque justa causa dicit aut facit aliquid ad capiendum experimentum de divina aliqua perfectione, ut de potentia, sapientia, justitia, misericordia aliisve Dei attributis. Dicitur esse actus Religioni oppositus: quia est quædam in Deum irreverentia velle de ipsius perfectione experimentum sumere absque justa causa, relicta mediis à Deo institutis: sicut etiam in humanis contra observantiam suo Superiori debitam subditus delinquit, qui absque justa causa de virtutibus ejus experimentum capere præsumit.

Et in quo ejus malitia sita.

Unde malitia hujus vitii consistit in irreverentia erga Deum, ex indebita extraordinarij auxilij divini postulatione desumpta: quemadmodum enim reverentia Deo debita in eo sita est, quod consideratā illius majestatem & nostrā vilitatem intra limites ab ipso nobis præfixos nos contineamus, ne videlicet audacius, quam ipse concesserit, ad eum accedamus, ita irreverentia nascitur ex illius defectu.

4. Quidam non opponunt Dei.

Aliqui tamen Doctores sicut quos Sanchez l. 2. Moral. c. 34. n. 4. Reginaldus l. 17. n. 27. docent tentationem Dei etiam opponi virtuti spei, quatenus tentans Deum aliquid ab eo obtinere sperat modo indebito.

Dicitur est, absque justa causa: quia si illa adsit, non erit tentatio, ut si fiat ex divina *Herimex Sum. Theol. Pars III.*

no instinctu, v. g. si quis habeat donum miraculorum, gratiam sanitatum, vel si honor Dei & Ecclesiæ id exigat. Hinc juxta *Agrium 1. p. l. 9. c. 2. punct. 7.* & alios excusatur, qui à Deo petit divinæ suæ voluntatis manifestationem, ut eidem per omnia conformet suam.

Tentatio Dei alia est expressa, alia interpretativa. Expressa tunc contingit, quando aliquid fit expressè ea intentione, ut experimentum capiatur de aliqua Dei perfectione, ut si quis se in puteum conjiciat, ut experiatur, an Deus eum lædi permittet. Hanc tentationis speciem ex vi sui objecti præcisè, omni aliâ malitiâ seclusâ, docet *Suarez de Irrelig. c. 2. nu. 16.* Contra aliquos, quos tacito nomine refert *num. 15.* & post eum *Sylvius q. 97. art. 4.* esse peccatum mortale: eò quòd extraordinarium Dei auxilium postulare, sine justa causa, videatur notabilem contra Deum irreverentiam continere.

Tentatio Dei alia est expressa.

Enim ex se mortali.

Interpretativa contingit, quando aliquid fit absque explicita quidem intentione sumendi experimentum de divina aliqua perfectione, requirit tamen extraordinarium Dei auxilium, illudque à Deo temerè expectatur: ut si quis exemplo Christi velit jejunare quadraginta diebus, expectas se à Deo sine cibo confortandum: secus si tam diu velit jejunare, ut sese occidat, tunc enim peccatum illud non habebit rationem tentationis Dei, quæ non potest fieri sine respectu ad Deum, ut *Phil. Lessium, Suarez & alios observat Bonacina Tom. 2. disp. 3. q. 9. n. 3.*

6. Alia interpretativa.

Tentatio interpretativa Dei est peccatum mortale, quando provenit ex crassa ignorantia, vel dubitatione alicujus attributi divini, vel articuli fidei, quem homo scire tenetur. Secundò quando conjuncta est magno periculo vitæ, aut gravis læsionis, ut si quis, relicta scholâ, sese præcipitem daret ex turri. Tertio ratione scandali: concurruntque in his casibus duplex malitia, una tentationis Dei, quæ desumitur præcisè ex irreverentia Deo per tentationem illata; altera ex transgressione alterius virtutis v. g. fidelitatis, charitatis &c. Quarto denique in mortalem degenerat tentatio, quando procedit ex curiositate: eò quòd tentans actu suo tunc profiteatur Deum esse factorem curiosorum, non sine magna in Deum irreverentia, nisi ex levitate materiae (prout hanc tentationis speciem à mortali posse excusari censent

7. Quæ quando sit peccatum mortale.

Et an excusetur ex levitate materiae.

consent Doctores communis Contra Castro Palao dicitur. 2. de Vitiis Relig. oppos. punct. 2. n. 9.) vel inconsideratione exculetur.

QUESTIO II.

De Sacrilegio.

SACRILEGIUM si nominis etymologiam spectemus, idem est, quod rei sacræ legum seu furtum. Solet tamen modò latius sumi, & quidem aliquando pro quavis irreverentia Deo facta: quo sensu etiam comprehendit impios cultus. Propriè autem, ut ad hunc locum spectat, sumitur pro violatione rei sacræ, seu irreverentia, quæ Deo inferitur per indignam tractationem rei sacræ. Cùm autem tria sint genera rerum sacrarum, videlicet personæ, loca & aliæ res ad divinum cultum ordinatæ, hinc etiam tres exurgunt species sacrilegii, una ratione personæ, altera ratione loci & tertia ratione alicujus alterius rei ad divinum cultum ordinatæ, quæ solet simpliciter dici sacrilegium ratione rei sacræ.

Est triplex.

Sacrilegium ratione personæ committitur, quando in Sacerdotem, aut Clericum, vel Religiosum manus violentia injicitur, sive id fiat percussione, occisione, mutilatione, sive alia gravi injuria. Deinde quando exercetur actus contra castitatem à persona, vel circa personam, Deo per votum castitatis consecratam, Denique quando Clericus indebitè trahitur ad tribunal sæculare.

Aliud ratione personæ.

Sacrilegium ratione loci committitur, quando Ecclesia, altare &c. violatur & profanatur, effringitur, spoliatur &c. de quibus supra egimus, agendo de reverentia debita locis sacris.

Aliud ratione loci.

Ad sacrilegium ratione rei sacræ multa spectat, cum res sacræ hic sit multiplex: aliæ enim sanctitatem efficiunt, ut sunt Sacramenta, vel sunt instrumenta in rebus sacris administrandis, ut vasa sacra, ornamenta &c: vel significat res sacras, ut verba sacra. Unde uti verbis sacræ Scripturæ ad superstitiones, immo ad facetias, est sacrilegium. Vel sacræ repræsentat, ut imagines Christi & Sanctorum: vel sunt particule, sicut res factorum, ut sunt Reliquiæ: vel sunt mensura actionum sacrarum, ut dies dominici & festivi: vel ad sustentationem sacrarum sunt dicata, ut bona Ecclesiarum. Harum rerum indignæ tractationes sunt sacrilegia, diversæ tamen speciei, ratione diversæ sanctitatis rerum.

Et alia ratione rei sacræ, quod iterum multiplex.

Sacrilegium, ceteris paribus, eò est gravius, quò major in sanctitatem obtinet res, quæ violatur, v.g. majus est peccatù violare sacramentum, quàm locum sacrum. Dixi, ceteris paribus, quia in hoc etiam est consideranda conditio operis, quo violatur: an nimirum multùm repugnet sanctitati, ut majus est confringere imagines, quàm sine devotione commutare.

Majus per se est sacrilegium quo major violatur sanctitas.

Sacrilegium est mortale, primò quando

Est mortale: quando.

aliquid fit in contemptum rei sacræ. Secundo quando notabiliter contravenitur sanctitati rei sacræ, & gratiis irreverentia ei irrogatur, ut si quis obstrictus voto castitatis committat actum carnis in suo genere mortalem.

Potes: An contravenire voto sit sacrilegium? Resp. I. contravenire voto castitatis est sacrilegium: quia vovens castitatè corpus suum Deo consecrat, ut immune maneat ab omni contaminatione libidinis, ex qua consecratione peculiarem cõtrahit sanctitatem, cujus violatio est sacrilegia. Resp. II. cum in aliis votis aliarum virtutum non ita quis consecratur Deo, sed tantum ad exhibendum opus Deo promissum, hinc non tam propriè est sacrilegium, sed magis perfidia contra fidelitatem.

II. Quando violatio voti sit sacrilegium.

Pro fine notandum est cum Sylvio q. 99. art. 3. non omne peccatum à persona sacræ, vel in personam sacræ commissum, esse sacrilegium propriè & formalitèr, sed illud tantum, quod directè committitur contra sanctitatem personæ. Hinc inebriatio, superbia, mendacium &c. à persona sacræ commissum non sunt sacrilegia, prout nec est ira in talem personam exercita citra injuriæ illationem.

12. Non omne peccatum à persona sacræ vel in eam commissum est sacrilegium.

Ad dignoscendum itaque generalitèr sacrilegii malitiam, attendendum est, ad quid persona, locus vel res sit sanctificata, & videndum, an actus contra illud, ad quod sanctificata dicitur, committatur: si ita sit, sacrilegii rationè habet; aliàs non. Et sic, quia Ecclésiæ sanctificatus est quoad exemptionem ab oneribus & jurisdictionibus sæcularibus, non autem ad puritatem à libidine, hinc sacrilegium perpetrat, qui illam exemptionem violat; secus si in eo fornicetur.

Regula generalis.

QUESTIO III.

De Blasphemia.

BLASPHEMIA generalitèr idem est, quòd convitium vel maledictum in aliquem, præsertim alicujus excellentiæ & dignitatis, juxta illud Apostoli Corinth. 1. c. 4. Blasphemamur, & obsecramus. Propriè autè sumpta blasphemia, est injuriola in Deum locutio, seu est contumelia in Deum verbo irrogata. Contumelia opponitur honorì, & generatim idem est, quòd omne signum vel factum, quòd honorì alterius derogatur. Hinc alia est contumelia factorum, ut si quis alteri in faciem spuatur; alia verborum, & hæc est blasphemia: sicut enim non omnis honoratio Dei est laus, sed tantum ea, quæ verbis fit, ita non omnis inhonoratio est blasphemia: quia hæc adversatur laudi divinæ. Unde blasphemia opponitur Religioni, ut pote quæ laudi & honorì Dei, quæ Religio tuetur, directè adversatur.

13. Quod blasphemiam.

Blasphemia primò dividitur in enuntiativam, imprecativam & dehonestativam. Enuntiativa est, quando tribuitur aliquid Deo ejus excellentiæ derogans, ut si dicatur

14. Dividitur in enuntiativam.

tur crudelis, injustus &c. vel quando negatur aliquid ei competens, ut cum negatur filii æqualitas, vel Dei existentia: vel denique dum tribuitur creaturæ aliquid Deo competens: Per hoc enim significatur, quod Deus nõ distinguitur à creatura. Sic Pharisæi Luca 11. dicebant In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia: ubi erat duplex blasphemia, cum tribuatur diabolo, quod Deo convenit, & Christo commercium cum diabolo. Blasphemia imprecativa est, cum quis optat Deo malum: & talis est blasphemia damnatorum ac pessimorum hominum. Dehonoriativa est, cum quis membra Christi vel Sanctorum indecore & inhoneste nominat.

Imprecativam & dehonoriativam.

15. Secundo dividitur in hereticalem & non hereticalem.

Blasphemia secundo dividitur in hereticalem & non hereticalem. Hereticalis est, quæ hæresim continet. Talis est omnis enuntiativa. Non hereticalis, quæ non continet hæresim: ut sunt omnes blasphemie, quæ fiunt optando, imperando & imprecando: item quæ fiunt nominando aliquid, quod in Deo invenitur, per modum contumelie & irrisionis. Huc spectant multæ vulgares blasphemie, quæ ex iracundia proficiuntur, ut displiceant Deo, ad respectum Dei &c.

16. An & quædo contumelia in Sanctos sit blasphemia.

Petes: An contumelia in Sanctos sit blasphemia? Resp. I. Affr. si redundet in Deum, ut si qui expressè intendat, in Deum, volens illius honori detrachere: item si cogitet quidè de Sancto, sed cum aliquo expressa habitudo ad Deum, tamquam peculiaris amici, ministri &c. Resp. II. si tantum feratur in Sanctos & non sit respectus ad Deum, non erit blasphemia, sed peccatum oppositum dulciæ. Videtur tamen semper aliquo modo tale peccatum aggravari, quia tendit in objectum, quod de se aliquo modo redundat in Deum, & consequenter aliquo modo est blasphemia. Ita Suarez l. 1. de Irreligiositate c. 5. n. 6. Lessius c. 35. dub. 5. n. 23. & alij.

Blasphemia ex genere suo est peccatum mortale.

Blasphemia ex genere suo est peccatum mortale. Ita omnes. Ratio est, quia in ea per contumelias Deus impetitur: advertit autem Suarez sup. c. 6. n. 1. ut sit propriè blasphemia debere proferri per modum convitiij, aliàs si tantum materialiter, vel ex levitate, ut jocò proferatur, censet fore peccatum levitatis & irreverentiæ: quia nomen in vanum assumitur: non autem blasphemiæ. Hoc tamen limitat Sanchez l. 2. c. 32. n. 2. ad casum, quo jocò dicitur modus impediatur divini honoris diminutionem, ex illis verbis blasphemis alioquin per se inferendam: si verò modus dicendi ex se natus sit Deum inhonorare, censet jocum à blasphemia non exculare.

18. Nequæ ex quibus levitate consistit.

Blasphemia ex levitate materiæ nequit esse venialis, nisi simul accedat subreptio: nõ sicut perjurium assertorium, etiam in minima re, gravem continet malitiam, ita quoque blasphemia vera & formalis, in quantumcumque parva materia, gravem in Deum irreverentiam involvit. Censet quidem Sylherinx Sum. Theol. Pars III.

vius 2. 2. q. 13. art. 2. & post eum Bassius in Supplem. Blasphemia n. 5. in blasphemia contra Sanctos dari, posse levitatem materiæ, si Sancti considerentur secundum propriam excellentiam, sine respectu ad Deum: verum tunc non est proprie blasphemia, ut ante monuimus.

Subreptio à mortali excusans fieri potest primò: si quis ex subitanea passione prius proferat verbum, quàm extendat ad sensum: tunc enim dicit quidem verbum blasphemum, sed non blasphemans. Secundo ex prava consuetudine, quæ licet non excuset, quamdiu voluntaria est: nihilominus, si in ipso actu tollat advertentiam, non erit nova malitia, saltem mentalis, in ipso actu: teneatur tamen quis talem consuetudinem corrigere: quia illi actus, in quos prorumpit, sunt divino honori injuriosi: unde id omittendo censetur honorem Dei parvipendere: ideoque graviter peccat, & in confessione tenetur exprimere, se talem consuetudinem habere, & neglexisse eam corrigere.

19. Prout excusatur subreptio.

Quid de consuetudine blasphemandi.

Quod attinget gravitatem blasphemie comparative ad alia peccata, censendum est eam, ex præcisa ratione blasphemie, esse minus peccatum, quàm sit infidelitas: eò quòd hæc opponatur virtuti theologicæ, illa verò tantum morali, quæ est Religio. Dixi, ex præcisa ratione &c. quia blasphemia potest habere adjunctam hæresim & infidelitatem, quo casu simplicem infidelitatem, in malitia superabit. Similiter si procedat ex intentione convitiandi Deo, sive ex odio ejusdem, sive ex furore iracundiæ, gravissimum est peccatum inter ea, quæ Religioni opponuntur: cum in tali blasphemia intendatur malum Dei, in aliis non ita. Unde eatenus gravius est idololatriæ, perjurio, violatione voti, & sacrilegio: si autem non fiat ex intentione convitiandi Deo, sed ex ira in hominem vel impatientia, non videtur gravius idololatriæ. Blasphemiam autem simpliciter esse perjurio graviorem docet S. Augustinus l. contra mendacium c. 19. Vide Bassium sup. n. 6.

20. Blasphemia ex ratione sua est infidelitate minor.

Secus si alia malitia adjungatur.

Quo casu potest etiam superare idololatriam.

Dubitatur autem hic an omnes blasphemie sint ejusdem speciei? Ad quod in primis dicendum est: hereticales specie differre à non hereticis. Similiter eas, quæ procedunt ex odio Dei, desperatione &c. sic differre ab aliis, ita non procedentibus: idque ob extraneam saltem infidelitatis, odij &c. malitiam, in blasphemis illis respectivè imbitam. Si verò spectetur sola malitia blasphemie propria, docet Sanchez sup. n. 38. & alij omnes blasphemias esse ejusdem speciei: ideoque in confessione non esse explicandam blasphemiam speciem, sed solum numerum, nisi aliunde nova malitiæ species adjungatur.

21. Blasphemie hereticales & non hereticales specie differunt.

Secus Quisnam putat, si sola blasphemiam malitiam spectentur.

Hanc tamen sententiam Arriaga disp. 24. de Fide scilicet n. 42. censet valde difficilem. Et sanè, spectando præcisam blasphemiam malitiam, longè aliter videtur Deo injuriosum

22. Quod tamen unum versum non admittitur.

sum & contumeliosum blasphemare contra Spiritus sancti vel Unitatis & Trinitatem, quam eius membra inhonestè & indecorè (sic videlicet, ut formales Blasphemias rationem induat) nominare. Similiter censet *Arriaga* Civerlas specie blasphemias committi ab eo, qui Deum posse peccare & posse errare blasphemando asserit. Unde quoties blasphemias, sive hæreticales, sive no-

hæreticales, notabiliter diversimodè honori & laudi divinitus adverbantur, in confessione sunt determinatè in particulari, non tantum quoad numerum, sed etiam quoad speciem explicandæ; sic qui per blasphemiam negaret Christo divinitatem nostramque redemptionem, utramque blasphemiam in particulari, quoad speciem & numerum, exprimere teneretur.

DISPUTATIO NONA.

De Simonia.

QUESTIO I.

Quid & Quoruplex Simonia.

1. Etymologia nominis, Simonia & qui ejus primi auctores.



OMEN, Simonia, desumptum est à Simone Mago, qui primus in novo Testamento hoc vitio infectus legitur *Act. 8.* ubi refertur ipsum fuisse ab Aposto-

lis sibi pecuniâ comparare potestatem, ut quibuscumque manus imponeret, Spiritum sanctum acciperent: idque, juxta *S. Gregorium hom. 4. in Evangelia* & alios Patres ac Doctores, eo fine, ut ex hac potestate quæstum faceret, aliis Spiritum sanctum vendendo. Alioquin in veteri Lege, ante Simonem Magum, aliqui hoc crimine coinquinati leguntur, ut *Balaam Numer. 22. Giezi 4. Reg. 5.* quos refert *A Lapide* in locum *Act. 8.* citatum. Ideoq; *Adrianus* quodlib. 9. Simoniâ apud Doctores vetustiori vocabulo *Balamiam* dictam asserit. Et *D. Thomas 2. 2. q. 100. art. 1. ad 4.* ait, Simoniacos etiam posse dici *Giezas*: usus tamen pro nomine, Simonia, simpliciter invaluit.

2. Quid Simonia.

Simonia communiter definitur esse studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spiritual annexum, pretio temporali. Dicitur, voluntas, id est, actus voluntatis, studiosa, hoc est, deliberata. Hinc motus voluntatis non plene deliberatus, aut ex ignorantia inculcata procedens, non facit hominem simoniacum. Dicitur, emendi vel vendendi, comprehendendo sub his terminis omnem contractum non gratuitum, quo videlicet aliquid datur, vel recipitur non gratis, sed quasi pretio temporali interveniente, sive id fiat per emptionem, sive per mutationem, sive locationem &c.

3. Quid res spirituales in allata definitione.

Dicitur, aliquid spirituale, hoc est, quod à Deo, ut auctore gratiæ, procedit, vel ad eum, ut auctorem gratiæ, ordinatur. Hujusmodi autem res in triplici sunt differentia, quædam enim sunt essentialiter spirituales, ut virtutes & dona supernaturalia Spiritus sancti: secus est de scientiis naturalibus, et si in entitate sua physica spiri-

tualibus: pro quarum proinde usu pretium recipi potest sine periculo Simoniæ, ut post alios observat *Wiggers dub. 11. nu. 59.* qui de usu Theologiæ alter sentit, quam pro temporali pretio docere, non tantum inordinatum, sed etiam simoniacum esse censet *num. 65.* quod tamen non placet *Sylvio 2. 2. q. 100. art. 3.* ubi probabilius æstimat oppositum.

Aliæ res sunt spirituales & supernaturales causaliter, ut sacramenta, quæ, etsi in substantia sua sint plane materialia, tamen sunt gratiæ supernaturalis causativa. Huc etiam spectat potestas miraculorum, consecrationes & benedictiones Ecclesiæ, & similia ad gratiam supernaturalem ex se dispositiva & excitativa, v.g. conciones &c. Aliæ denique res sunt effectus virtutis supernaturalis, sive potestatis spiritualis, ut dispensatio, absolutio, patratio miraculorum &c.

Additur, vel spirituali annexum, id est, quod cum re spirituali conjunctionem habet, idque vel improprie, ut officium sacristæ, economi Ecclesiæ &c. vel proprie, & tunc vel antecedenter, ut jus patronatus, quod præsupponitur præsentationi ad beneficium & institutioni, vel consequenter, ut beneficia Ecclesiastica, quatenus dicunt jus ad proventus Ecclesiasticos, præsupponunt enim titulum, sive officium spirituale: vel concomitantem, ut labor in administratione Sacramentorum.

In his autem rebus spiritualibus & annexis aliquando reperitur aliquid secundum se pretio æstimabile, ut in ornamentis Ecclesiæ, calicibus, vestibus sacris &c. in aliis quibus verò non, ut in donis & gratiis Spiritus sancti. Hæ posteriores nullatenus vendi possunt: secus est de prioribus, quæ præcisè ratione materiæ, per se pretio æstimabiles, vendi possunt, quantum est ex natura rei, nisi videlicet Ecclesia id prohibeat. Cavendum tamen, ne ratione spiritualitatis carius vendantur, alioquin Simoniæ macula non evitatur.

Additur denique, majoris explanationis gratiâ, pretio temporali, quo nomine comprehenditur pecunia, & quidquid pecuniæ æstimabile,

mabile est, & interdum aestimari solet, & in pretium ac contractum deduci, ut inquit Marchant Tom. 3. Tr. 10. Tit. 6. q. 6. soletque à Doctoribus & c. Saluator 1. q. 3. triplex assignari, scilicet à manu, à lingua, & ab obsequio. Pretium à manu dicitur pecunia, & quidquid pro munere deferri aut vendi solet, ut vestis, equus, bos, domus, ager, & similia. Pretium à lingua vocatur, quod officio linguae praestari solet, ut sunt laudes, vituperia & similia. Pretium ab obsequio est, ministerium aliquod in rebus temporalibus, ut famuli, economi &c. unde qui similia in pactum, vel quasi pactum deducunt, & inde sibi beneficia comparant, simoniae labem incurunt. Aliud est, si spirituale pro spirituali in pactum deducatur, sic enim sine vitio Simoniae possunt duo pacisci mutuas preces, mutuum operam in audiendis confessionibus &c.

Aliud est à manu,

Aliud à lingua & aliud ab obsequio.

7. Simonia est peccatum Religioni oppositum.

Ex dictis patet Simoniam esse peccatum Religioni oppositum, cuius malitia consistit in irreverentia orta ex indigna tractatione rei sacrae vel spiritualis, quae cum sit nobis gratiosae à Deo concessa in nostram & proximi salutem, redigitur tamen in ordinem rerum temporalium, & profanis contrahitur subicitur, prout expressit Sanctus Petrus Ath. ad Simonem, Magum dicens: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.

8. Quo sensu in iure vocatur haeresis.

Nolatum quidem Simoniam nomine haeresis c. Presbyter 1. q. 1. c. Quoties, de Simoniam & alibi: non est tamen proprie haeresis, ut advertunt Doctores cum Glossa in c. Firmissime, de Haereticis, apud Suarez lib. 4. de Simoniam c. 1. n. 6. sed tantum improprie quoad externam professionem, quatenus Simoniacus externa venditione rei spiritualis proficitur in actu exercito rem illam esse pretio temporali aestimabilem, vel quia Simoniam in primo suo auctore in Legge Moysi & aliquibus eius sequacibus relatam à Sslio q. 100. art. 1. veram haeresim interternam conjunctam habuit, quatenus Simoniaci illi per haeresim existimabant, rem spirituales esse pretio temporali aestimabilem.

8. Est ex genere suo peccatum mortale: immo Sylvius sup. post alios putat eam nunquam esse peccatum veniale ex levitate materiae: eo quod res nulla tam parvo gradu possit esse supernaturalis, quam sit magna in Deum irreverentia, eam velle pretio temporali aestimare. Molina tamen Tract. 2. disp. 92. n. 5. Reginaldus l. 23. c. 11. n. 16 & alii materiae parvitatem in Simoniam agnoscunt. Pro foro saltem externo, quando pretium est longe inferius re vendita, observat Bassus V. Simoniam l. n. 3. & innuitur c. Etsi quaestiones, de Simoniam, levitatem materiae à Simoniam posse excusare, eo quod tale pretium facile praesumatur datum esse liberaliter.

9. Dividitur

Simoniam juxta communem sententiam Hericæ Sim. Theol. Pars III.

contra Durandum apud Lessium dub. 4. n. 24. & paucos alios, nullam Simoniam juris humani admittentes, dividitur primo in eam, quae est juris divini, & quae humani. Prior jure divino naturali est prohibita, committiturque in emptione, aut venditione rei pure spiritualis, v.g. Sacramentorum, quae Simoniam communiter dicitur esse prohibita, quia mala, non autem mala, quia prohibita. Posteriori jure humano prohibetur, committiturque in venditione, perum, quae quidem per se & seclusa lege Ecclesiastica sunt vendibiles, per hanc tamen, ob reverentiam rei sacrae, in venditione facta sunt, quemadmodum enim Ecclesia, eximendo locum sacrum à jurisdictione & potestate seculari, facit, ut iudex inde abstrahens rem, peccet, non tantum contra obedientiam, sed etiam contra Religionem: ita quoque, rem temporalem ob reverentiam rei sacrae annexae eximendo à secularibus mercimoniis, facit, ut, qui eam vendere attentat, peccet, non tantum contra obedientiam (ut vult Durandum) sed etiam contra Religionem, commisso Simoniam peccato. Sic qui vendit beneficia secundum partem temporalem, Simoniam juris humani committit.

in Simoniam juris divini & juris humani.

Quaratione Ecclesia pro praefaciatis res aliquas necessarias materiam Religionis.

10. Secundum dividitur in mentalem.

Secundum dividitur Simoniam in mentalem, conventionalem & realem. Mentalis proprie est, non quodlibet internum propositum, quo aliquis vult, exterius Simoniacè contrahere (quamvis & hoc ita appellari possit) sed propositum internum, quo aliquis, dum conficit quidpiam spirituale, intendit alium obligare ad reddendum temporale, vel contra: ut si quis det alicui centum aureos, vel ei inserviat, cum intentione eum obligandi ad conferendum beneficium. Conventionalis committitur, quando propositum obligandi procedit ad externam conventionem, sine executione utrimque facta, sive hoc fiat verbis expressis, sive implicitis, sive oblatione pecuniae: estque haec Simoniam duplex, una pura, quando tenet ex neutra parte est completa: altera mixta ex reali, ut quando pretium est datum, sed nondum translatum beneficium, aut contra. Præter species est Simoniam confidentia, de qua infra n. 24. Realis est, quando pactio ex utraque parte est impleta, saltem inchoate: ut si collatum sit beneficium & pars saltem pretii soluta.

Conventionalis.

Realis.

QUESTIO II.

Qualiter Committatur Simonia Juris Divini?

Dico I. Committitur Simonia juris divini, si pro actione spirituali, ut tali, aliquid exigatur. Patet: quia Sanctitas sic aestimatur pretio temporali. Cum autem pleraque actiones spirituales, non exerceantur sine labore, inquiri solet, an pro ipso labore aliquid exigi possit. Labor autem alius est

Exigere aliquid pro actione spirituali ut tali Simonia juris divini est.

est intrinsecus actioni spirituali, prout celebrationi Missae intrinsecus est, ad altare stare &c. alius est extrinsecus, qui non ex natura rei, sed tantum per accidens, cum actione spirituali conjungitur, sive antea denter sive concomitanter, sic celebrationi Missae extrinsecus est, quod certo loco, certo tempore & non aliter sit celebranda. Hoc supposito,

Secus si quid accipiat pro laboribus extrinsecis.

DICO II. Non est Simonia aliquid accipere pro laboribus extrinsecis, seu per accidens, conjunctis actioni spirituali, sive sint praevi, sive concomitantes. Ratio est: quia illi labores sunt temporales & pretio aestimabiles. Sic cantor potest aliquid exigere pro labore & artificio cantandi, item Sacerdos pro obligatione celebrandi certo loco & tempore, & pro labore itineris. Deinde quia privare se libertate & facultate aliarum actionum est pretio aestimabile. Similiter qui procurat alteri beneficium potest exigere compensationem laborum, v. g. ob scribendas litteras &c. non tamen ob pinguedinem beneficij, nec ob procuracionem ejusdem. Similiter non licet aliquid exigere pro praesentatione, electione, vel collatione beneficij: cum accipiant suam aestimationem in ordine ad beneficium. De quo *quast. seq.*

13. Vel per modum stipendij sustentationis.

DICO III. Non est Simonia dare, exigere vel accipere aliquid pro sustentatione ministri sub obligatione ministerii vel rei spiritualis, non per modum pretij, sed stipendij. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia administrantibus populo spiritualia debetur ex justitia sustentatio, ut habetur *1. Corinth. 9. & Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo.* Unde vocatur a Doctoribus stipendium sustentationis: cum enim ministri Ecclesiae in utilitatem saecularium privent se facultate vacandi negotiis saecularibus, ex quibus possent se sustentare, tenentur saeculares ex justitia, illos alere, sicut aliqui tenentur alere gerentem sua negotia: quia non possunt munia sua exequi sine decenti sustentatione. Hoc titulo licitum est aliquid exigere pro missa, concione, Ecclesiarum consecratione, visitatione &c. eodem titulo ministerijs Ecclesiasticis annexi sunt proventus, non tamquam pretium rerum sacrarum, sed tamquam stipendia necessaria sustentationi, juxta cujusque dignitatem.

14. De quo etiam licet pacisci quantum est ex natura rei.

Petes: An liceat ministris pacisci de stipendio sustentationis, v. g. pro missa, catechismo, concionibus &c? Resp. Aff. quantum est ex natura rei, sive ministri sint pauperes, sive divites: quilibet enim potest pacisci de eo, quod sibi jure naturae debetur. Qui autem sic paciscuntur cavere debent, ne habeant intentionem paciscendi de pretio officij spiritualis, sed tantum de sustentatione, quae proinde judicare debent, ne imperiti ex tali pacto offendantur, ut

recte monet Caietanus & alii. Ubi vero stipendium sustentationis a Praelatis est determinatum non potest excedi sine injuria, & facile praesumeretur esse Simonia, eo quod illud auctarium videatur accipi velut pretium operis spiritualis.

15. Pro labore rei spiritualis non licet pretium exigere.

DICO IV. Pro labore rei spirituali intrinsecus, non licet aliquid per modum pretij exigere. Est communior Doctorum apud *Castro Palao de Simonia punct. 11. n. 2.* contra plerisque ab eodem citatos *num. 1.* Ratio est: quia res spirituales cum labore suo intrinsecus unum opus continent: ideoque si pretium aliquid pro labore accipiat, censetur etiam pro re spirituali accipi, juxta illud, quod *c. Si quis objecerit 1. q. 3.* dicitur: *Quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit.*

16. Hinc pro labore collationis Sacramentorum intrinsecus non potest pretium exigere. Pesti: tamen ad rem simoniam non ad rem simoniam licet accipere pecuniam pro ministerio dicitur modo redigendam.

Hinc sequitur I. pro baptismatione, abolutione, ordinatione, aliave Sacramento- rum collatione, non licet aliquid accipi tamquam pretium. Si tamen in necessitate minister detrahat prolem baptizare, nisi accepta pecunia, probabilius est tunc licere ipsi pecunias dare, non pro collatione baptismi, sed ad redimendam injustam ministri vexationem, & removendum impedimentum salutis prolis, baptizandae. Monet tamen *Wiggers de Simonia disp. 6. n. 27.* si alius adfit baptizare potens, potius ad eum esse recurendum, quam injustam ministri vexationem dicto modo redigendam.

17. Pro actu dispensationis nihil potest recipi per modum pretij. Item non potest per modum sustentationis a Praelatis inferioribus. Pesti: tamen dispensationis a Praelatis inferioribus. Pesti: tamen dispensationis a Praelatis inferioribus.

Sequitur II. pro dispensatione in votis, juramentis, impedimentis matrimonij, & quibusvis legibus Ecclesiasticis, nihil per modum pretij recipi posse sine Simonia: nam dispensatio est usus potestatis spiritualis, omnino invendibilis. Quod autem a Praelatis Pontifice inferioribus, (secus est de ipso Pontifice, ut observat *Wiggers n. 44.*) nihil exigi possit, etiam per modum sustentationis, docent communiter Doctores ob prohibitionem *Concil. Trid. sess. 25. c. 18. de Reform.* Non est tamen contra mentem Concilij, quod imponatur dispensatio largiendi elemosynam aliquam pauperibus, monasterio, vel ad piam causam, idque per modum multa, per quam recessus a lege communi compensetur: dignum enim & justum est, ut, qui vult eximi a lege communi, difformitatem suam aliqua multa compenset, ne alias nimis facile detur omnibus occasio recedendi a communi lege.

Ministri ordinis suscepti, dimissorii, aut sigillo aliquid exigentes, non incurunt Simoniae notam, ut recte observat *Archant. sup. tamen Tit. 7. quest. 2.* eo quod scriptio litterarum, charta, sive pergamenum & impressio sigilli sint res temporales pretio aestimabiles. Hoc equidem ipsis inhibuitur est a *Tridentino* *sess. 25. c. 18.*

Ministri tamen Episcoporum pro litteris ordinis suscepti, dimissorii, aut sigillo aliquid exigentes, non incurunt Simoniae notam, ut recte observat *Archant. sup. tamen Tit. 7. quest. 2.* eo quod scriptio litterarum, charta, sive pergamenum & impressio sigilli sint res temporales pretio aestimabiles. Hoc equidem ipsis inhibuitur est a *Tridentino* *sess. 25. c. 18.*

dentino sess. 21. c. 1. de Reform. ubi tamen per- mittit, ut Notarii in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissis aut res- simonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercen- do.

18. Petes: An pro ingressu Religionis pro ipsa professione & Statu Religioso aliquid possit dari tamquam pretium? Resp. Neg. hæc enim sunt res omnino spirituales & ordinis supernaturalis, & ita vetatur c. Nulla 1. q. 2. & aliis iuribus. Donis vero aliquid ad Religionem allicere, præterquam quod subinde scandalosum sit & libertati professionis noxium, speciem quoque Simonie habet, ut insinuat. Quam- pio 1. q. 2. licet in rigore non sit Simonia.

Quid de pactione do- tu. Prout nec est, si monasterium virorum aut seminarium, quod non est abundans & dives, pacificatur cum ingrediente de dote vel alia donatione, pro congruente & suffi- cienti sustentatione, ut expressit Clemens VII. apud Marchant Tom. 3. Tract. 10. Tit. 6. quaest. 10. & quamvis expressè loquatur de monialibus, idem tamen cum proportio- ne intelligendum est de viris, ut post Tamburinum notat idem Marchant. Ubi advertenda est ordinatio Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de Regularibus, præcipiens, ut in monaste- riis & domibus tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possi- dentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis elec- mosynis commode possit sustentari.

Maximè si monaste- rium sit di- ces. Si verò monasterium sit dives, ita ut si- ne gravamine aliorum, sufficere alendo ei, qui ingreditur, docet Sylvius q. 100. ar. 3. c. 1. 5. post D. Thomam & alios, quos citat, committi Simoniam, si aliqui pro in- gredientis sustentatione recipiatur. Verum cum sustentatio non sit spiritualis, censet Pontius disp. 56. num. 31. & alii non esse in rigore Simoniam. Vide latius Mar- chant sup.

QUESTIO III.

Qualiter Committatur Simonia juris Humani?

19. SIMONIA juris humani primò & prin- cipaliter locum habere videtur in ma- teria beneficiorum, consideratorum secun- dum partem suam temporalem: cum enim jus ad proventus temporales sit in se quid temporale, et si annexum res spirituali, vi- delicet titulo, non apparet illud jure divi- no invendibile, quamvis propter respectum & conjunctionem ad titulum sit invendi- bile ex Ecclesie constitutione: si tamen in

venditione consideretur titulus, clarum est tunc fore materiam Simonie juris divini. Et hoc sensu, considerant plerique Docto- res beneficia, asserentes ea esse jure divino invendibilia, eo quod jus percipiendorum fructuum sit spirituale: considerant enim illud jus, ut à parte rei creatur & depen- det ex titulo, sive officio spirituali, atque adeo et in se titulum illud tanquam fun- damentum involvit.

Immo quod quidem nullus, Pontifice inferior, possit jus ad fructus dividere à ti- tulo, præsumetur esse Simoniacus, etiam contra jus divinum, quisquis alius pro jure fructuum pecuniam exigit, quantumvis protestetur se titulum resignare gratis: non enim potest transferre titulum, nisi eo solo trãserat jus fructuum, neque jus fructuum aliter, quàm mediante translatione tituli; adeoque censetur exigere pecuniam pro titulo spirituali. In re tamen non videtur necessarium, ut committatur Simonia ju- ris divini: quia etiamsi jure non potuerit jus fructuum à titulo separare, potuit ta- men illud facere pacto, seu tentare facere, & sic pro eo exigere pretium, consideran- do illud quasi à titulo separatam, ut docet Lessus c. 35. n. 20.

Itaque Simonia juris humani commi- titur, si pretium aliquod detur, vel accipia- tur, pro præsentatione ad beneficium, pro electione, confirmatione, investitura aut collatione, ut habet communis sententia & colligitur ex c. Marthani de Simonia.

Licitum tamen est volentibus eligere in- idoneum offerre pecuniam, ut non eligatur idoneus, & consequenter, ut eligatur ali- quis idoneus in genere: per hoc enim tan- tum directè redimitur, seu præcavetur injuria, alioquin Ecclesie inferenda per indigni ministri electionem: non est ta- men licitum offerre pecuniam pro electio- ne alicujus certæ personæ, etiam dignissi- mæ, nisi contingeret, unicum dumtaxat esse idoneum, ut eligatur: tunc namque directè per pecuniam procuratur non electio in- digni & indirectè tantum electio digni, ut observat Porcius disp. 56. n. 39.

Deinde Simonia juris humani com- mittitur in permutatione beneficiorum, facta sine auctoritate Superioris, ut pa- tet ex c. Quæsitum, aliisque iuribus. Hæc tamen Simonia non est rigorosa (uti & nonnulla aliæ de quibus in sequentibus) sed tantum quadam imitatione & similitu- dine, quatenus datur spirituale pro spiri- tuali contra præceptum Superioris: cum alioquin ratio Simonie exigat pretium temporale dari pro re spirituali. Possunt ta- men volentes permutare sine peccato prius inter se tractare de permutatione facien- da, etiam usque ad mutuum obligationem, de non relinendo donec Superior consen- sum denegaverit. Nomine autem Superio- ris in-

20. An jus ad fructus sine Simonia ju- ris divini possit vendi.

21. Committi- tur Simonia juris huma- ni in recep- tione pretii pro præsen- tatione, elec- tione &c. ad benefi- cium.

22. Qualiter licitum sit volentibus eligere in- idoneum pro- curare pec- uniam pro electione idonei.

23. An commi- tatur in permutatione beneficiorum facta sine aucto- ritate Super- rioris.

ris intelligitur Episcopus, vel alius habens jurisdictionem Episcopalem, etiamsi non habeat ordinem & dignitatem.

24. Tertio committitur Simonia juris humani in resignatione beneficiorum, dum resignans intendit resignatarium obligare, ut idem beneficium sibi, vel alteri, aliquando assignet, aut fructus aliquos, vel pensionem alteri praestet, & vocatur Simonia confidentiae, mentalis quidem, si in mente absolvatur, externa vero, si exterius sufficienter exprimat, quae poenas juris infert, ut patet ex Bulla Pii V. relata a Navarro c. 23, n. 110.

Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris (secus si in manibus Pontificis, ut declarat quotidiana praxis) praecedente aut interveniente ejusdem promissione de conferendo beneficio illi tertio; omnis enim pactio (quae hic intervenit) in spiritualibus Simoniam continet c. *Quasitum, de rerum permutatione, c. Tua nos, de Simonia & alibi saepe*. Secus censet Lessius *dub. 14, n. 86*, quando Praelatus non promittit conferre beneficium tertio, eo quod nulla proprie tunc interveniat pactio. Hujusmodi tamen resignationes, ob imaginem Simoniae, juxta stylum Curiae Romanae non possunt fieri nisi in manibus Pontificis.

26. Ex quibus patet resignationes reciprocae non posse etiam coram ordinario fieri, v.g. resigno meum beneficium in favorem tui nepotis, ut resignes tuum in favore meo nepotis: praeterquam enim quod fit resignatio, continet etiam pactum resignationis reciprocae, contra inhibitionem juris c. *Quasitum, de rerum permutatione*. Idem dicendum est de resignatione triangulari & quadrangulari, ut vocant, v.g. cedo meo beneficio in favorem Petri, ut hic cedat suo in favorem Pauli, & hic suo in favorem meum, ob majorem uniuscujusque communitatem. Vide Lessius c. 88, *Castro Palao, de Simonia punct. 17*, alios.

27. Similiter vitium Simoniae incurrit, qui beneficium alteri resignat, privata auctoritate sibi reservando aliquam pensionem, ut habet communis doctrina, teste *Wiggers dub. 15, n. 89*. Si tamen legitima auctoritas (qualis indubie est Pontificia, de Episcopali vide *Wiggers sup.*) accedat, omnino licita est hujusmodi resignatio.

28. Denique Simonia juris humani committitur in venditione quorundam officiorum, ut sacristae, economi, advocati Ecclesiae & similibus c. *Salvator, l. 9, 3*, in quibus officiis nihil latet sanctitatis, ob quod jure divino essent invendibilia: sed tantum Ecclesia prohibet illa vendi, ob conjunctionem cum rebus sacris: quarum proinde sanctitati necessario contravenit, qui illa vendit.

QUESTIO IV.

Quas Poenas juris inducat Simonia?

29. **S**UPTONDO, ex doctrina communiter admissa, nullam Simoniam merè internam inducere poenas juris. Deinde suppono, etsi in aliis Simonia sit grave peccatum, solam tamen Simoniam in collatione ordinum, beneficiorum & ingressu Religionis inducere poenas juris ipso facto. His suppositis,

DICO I. Committentes Simoniam realem circa ingressum Religionis in primis incurrit excommunicationem, scilicet tam personae dantes, quam recipientes aliquid ratione ingressus Religionis. Secundò communitas, si consenserit in hanc Simoniam, incurrit suspensionem ab officio capitulari, pertinente ad jurisdictionem vel administrationem Ecclesiasticam. Utrumque patet ex *Extrav. Sanè in vinea Domini, de Simonia*. Tertio simoniacè admissi ad Religionem videntur jure inhabiles ad manendum in illo monasterio, & cogendi sunt ad aliud monasterium, si ipsis consensit est Simonia commissiva, ut patet ex c. *De Regularibus, de Simonia, & c. Dilectus 2. eod. tit.* quam diu tamen non compelluntur possunt manere: professio enim non est invalida, quamquam non acquirant jus praebendae regularis, seu portionis ordinariae, neque jus vocis activae & passivae, nisi cum ipsis dispensetur.

DICO II. Conferens ordinem per Simoniam realem in primis est excommunicatus, ut habetur *Extrav. Cum desestabile, de Simonia*. Secundò est suspensus à collatione ordinum, etiam primae tonsurae, ut habetur in Bulla Sixti V. edita contra male promoves & promotos, quae incipit, *Sanctum & salvare*: in qua insuper aliae nonnullae poenae continentur, ut suspensio ab executione omnium Pontificalium, interdictum ab ingressu Ecclesiae, à quibus solus Pontifex potest absolvere.

DICO III. Qui per Simoniam realem suscepit ordinem in primis est excommunicatus ipso facto. *Extrav. Cum desestabile citat.* secundò est suspensus ab executione omnium ordinum. Tertio si in illis infra verit sit irregularis. Quarto solus Pontifex potest cum absolvere, & cum ipso dispensare, si crimen fuerit publicum, & deductum ad fori contentiosum. Si verò sit occultum poterit absolvere & dispensare Episcopus vigore *Tridentini sess. 24, c. 6. de Reform.* seclusa tamen Bulla Sixti V. quae revocat omnes facultates etiam *Tridentino concessas*, per quas tales possent absolvi.

DICO IV. Qui per Simoniam realem confert vel procurat alteri beneficium (sub quo intellige etiam Abbatiam, Prioratum & alias praelaturas Regularium) eligendo, praesentando,

24. Tertio committitur in resignatione beneficiorum ad confidentiam

25. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

26. Qualiter committitur in resignatione, qua fit in favorem tertii.

27. Ex quibus patet resignationes reciprocae non posse etiam coram ordinario fieri

28. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

29. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

30. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

31. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

32. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

33. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

34. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

35. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

36. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

37. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

38. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

39. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

40. Idem est, quando resignatio beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papa inferioris

29. Simonia merè internam nullas inducit poenas. Quae simonia inducit poenas ipso facto.

30. Quae poenas juris inducat simonia commissiva circa ingressum Religionis.

31. Quae poenas inducat commissa in collatione ordinum.

32. Et quae poenas inducat commissa in susceptione.

33. Denique, quae poenas inducat commissa in collatione beneficiorum.

sentando, postulando, instituyendo, confirmando vel etiam commendando, est ipso facto excommunicatus. Extrav. Cum detestabile, de Simonia. Ipse quoque accipiens beneficium per Simoniam realem, in primis est ipso facto excommunicatus. Secundò collatio & provisió est simpliciter nulla, neque ullum jus tribuit adeoque nec provilus facit fructus suos, sed tenetur beneficium dimittere. Extrav. Cum detestabile cit. Quod etiam locum habet in eo, qui quidem Simoniam ipse non commisit, sed alius pro eo, si dixerit & non contradixerit. Immo juxta Doctores communiter contra Navarrum & Ugolinum apud Suarez l. 4. de Simonia § 57. n. 34. provisió est ipso facto nulla, etiamsi Simonia sit commissá ab aliis, provisió ignorante, saltem regulariter, idque in pœnam eorum, qui provisió simoniacè promoveré voluerunt, ut constat ex c. Nobis fuit, & c. Sicut tuus, de Simonia. Vide Suarez sup.

Dico VI. Nulla Simonia conventionalis, excepta eá, quæ dicitur confidentiæ, inducit ipso facto pœnas juris. Cum verò utrimque in totum vel in parte completa fuerit, transit in Simoniam realem & incuruntur pœnæ juris contra eam statutæ, quæ retrahitur ad tempus pactionis, et si prius post annum compleatur.

37. An etiam pœnas inducat Simonia conventionalis.

Q U A E S T I O V.

An Simoniacè accepta debeant dimitti aut restitui, & cui?

UNA ex Simoniæ pœnis est obligatio restitutionis rei spiritualis simoniacè acceptæ, vel pretii temporalis pro re spirituali recepti, distinctâ questione tractanda.

Dico I. Qui simoniacè consecutus est beneficium Ecclesiasticum, tenetur illud dimittere & fructus restituere. Patet manifestè ex Extrav. Cum detestabile, de Simonia, in qua expressis terminis declarantur electiones, postulationes, provisiones & quævis aliæ dispositiones, per Simoniam realem factæ, esse irritæ & nullum jus tribuere, nec provilos facere fructus suos, sed sub periculo animæ suæ ad eorum restitutionem teneri.

38. Beneficium Ecclesiasticum simoniacè acceptum cum fructibus est dimittendum.

Ceteræ autem res spirituales, per Simoniam acceptæ, non sunt restituendæ, cum de illis jus canonicum id non constituerit, uti de beneficio constituit: jus autem divinum, seclusâ omni lege ecclesiasticâ, nulla res spiritualis, per Simoniam acquisita, est restituenda, ut patet in beneficio, de quo tamen potissima est difficultas: nam collatio ex jure naturæ fuit valida, cum in collatore sit potestas & voluntas transferendi beneficium, & in accipiente capacitas & voluntas acceptandi, quæ sufficiunt ad translationem domisii.

39. Secus est de aliis rebus spiritualibus simoniacè acceptis.

Debet quidem simoniacè ordinatus ab usu ordinis desistere, cum sit ab eo suspensus, juxta dicta quest. preced. & sic dimittit Sacramentum quoad usum, ipsi tamen Sacramentum secundum se dimittere non quit, ut per se patet. Similiter, qui simoniacè est professus, tenetur dimittere Religionem, sed non nisi post sententiam. Idem censet Lessius dub. 30. n. 168. de metallis benedictis, jure patronatus, licentia eligendi confessarium &c.

Quod ostenditur in Sacramentis & Religione.

Nec refert, quòd c. sine de Pactionibus, & c. Præterea, de Transactionibus, dicatur pactiones & convètioniones omnes in spiritualibus nullius omnino esse momenti: Nam si dicta capita & similia intelligenda sunt, non solum de materia beneficiâ, sed de quavis aliâ spirituali, loquuntur de pactionibus, inducibus obligationem in futurum, quæ omnino irrita est, utpote obligans ad malum: non verò de similibus conventionum executione,

40. Intra obsequia solita explentur.

34. Quæ inhabilitatem ex hac Simonia oritur possit tollere.

35. An propriâ auctoritate permittentes beneficia incurrant pœnas.

36. Quæ pœna in auctoritate Simonia committitur.

ceptione pretii temporalis pro re spirituali, quæ, etsi illicita, valida tamen est. Major est difficultas de pretio pro re spirituali dato, an & cui illud sit restituendum. Ad quam

41. Pretium pro re spirituali ex iustitia debita restitutum est jure divino restituendum.

Dico II. Si quis accepit pretium pro re spirituali, quam ex iustitia tenebatur gratis dare, jure divino tenetur ad restitutionem pretii. Est communis & per se patet: talis enim non tantum contra Religionem, sed etiam contra iustitiam commutativam peccat. Hinc Patricius, cuius est congrua sustentatio assignata, tenetur ad restitutionem, si pro Sacramentorum administratione, contra Ecclesiæ consuetudinem, mercedem aliquam exigat & accipiat.

42. Secus est, si recipiatur pro incommodo temporalis annexo.

Dico III. Si quis in gratiam alterius privat se aliqua re spirituali, & pro incommodo temporalis annexo exegerit compensationem temporalem, non tenetur jure divino ad restitutionem. Probat: quia damnum illud est pretio æstimabile, & nemo tenetur illud gratis pro altero sustinere, ut si quis spoliatur se suo beneficio, illudque in alterum transferat. Idem est de omni alio jure vel re spirituali, ex cuius privatione evenit incommodum temporale in honore seu fortunæ.

43. Quid si recipiatur pro incommoditate spirituali.

Immo aliquibus apud Suarez c. 59. n. 43. videtur pro sola incommoditate spirituali, quam quis patitur in gratiam alterius se privando reliquiis sacris v. g. posse sine labe injustitiæ aliquam compensationem exigere, estò non sine Simonia: eò quod illa incommoditas appareat pretio æstimabilis. Suarez tamen ex opposito fundamento censet oppositum esse verius.

44. Quid dicendum de pretio dato pro commoditate temporalibus beneficiis annexis.

Similiter multi docent, conferentem bona spiritualia commodum temporale annexum habentia v. g. canonicatum, pro pretio temporalis, non teneri ad restitutionem ex jure naturæ: eò quod commodum temporale annexum, apud homines pretio æstimetur. Dissentit tamen cum aliis Suarez n. 38. docens collatores honorum illorum spiritualium, tamquam reos dispensatores ex iustitia obligari ad conferendam gratis commoditatem rei spirituali annexam. Hoc saltem constat, omnes beneficiorum collatores, Pontifice inferiores, suppositâ invaliditate venditionis beneficiorum, à jure communi inflicta, ex jure naturæ teneri ad restitutionem pretii simoniacè accepti: idque ante omnem Judicis sententiam: Cum illud sine gravi sui salutis periculo retinere non possint, ut dicitur c. De hoc, de Simonia.

Secus docet Lessius dub. 30. n. 169. de pretio simoniacè recepto pro Religionis ingressu: illud enim non nisi post latam à Judice sententiam judicat restituendum, & colligitur ex Extrav. Sane, de Simonia, in qua permittitur acceptum retineri (intellige usque ad sententiam Judicis) modò in communem ulum convertus, & non in privatum Abbatis vel Abbatissæ, convertatur.

45. Aut pro ingressu Religionis.

Dico IV. Qui pretio temporalis abique suo incommodo confert aliquid spirituale, quod non habet annexum commodum temporale, ut sicut Sacramenta & sacramentalia, tenetur jure divino ad restitutionem, nisi illud pretium presumatur gratis datum, vel non excedat debitam sustentationem. Ratio est: quia ministri Ecclesiæ non habent jus pro administratione spiritualium exigendi pretium aliquod, sed solum requisitam sustentationem, unde, quia sine jure tale pretium extorquent, obligantur jure naturali ad restitutionem.

46. Pretium datum pro re spirituali, scilicet omni modo incommodo temporali, est jure divino restituendum.

Petes: Cui sit facienda restitutio pretii simoniacè accepti? Resp. I. Si beneficium vel alia res spiritualis nondum est tradita, debet jure naturæ fieri restitutio ei, à quo pretium est acceptum, ut docent plerique Recentiores contra Covarruvias ad regul. Peccatum parte 2. s. 2. r. 7. existimantem erogandum esse pretium in pios usus, & colligitur ex c. Veniens, de Simonia.

47. Pretium simoniacè acceptum est restituendum ei, à quo datum est, si res spiritualis nondum sit tradita.

Resp. II. Si beneficium vel res spiritualis sit tradita, pretium restituendum est Ecclesiæ, aut erogandum in alios pios usus, etiam ante sententiam Judicis. Est communis Doctorum contra Soto l. 9. q. 8. art. 1. quatenus docet ante sententiam Judicis esse restituendum danti, & post sententiam ei, cui Judex adjudicaverit. Sed quod respondimus est verius & conformius juribus c. De hoc, & c. Audivimus, de Simonia, ut videre est apud Lessium dub. 31. Ratio est: quia Ecclesia mandans Simoniaco, ut pretium acceptum restituat, non intendit favere aut prodesse alteri Simoniaco, qui pretium dedit, quod tamen fieret, si huic ante sententiam esset facienda restitutio.

48. Etiam verò tradita danti, est restituendum, si res spiritualis vel alia pios usus erogandum.

Nec refert, quòd forsitan Dominium pretii manserit apud eum, qui illud dedit (ut pretendit Soto) quandoquidem non sit translatum in accipientem: nam ex ipso, quo hic juxta præceptum Ecclesiæ erogatum illud in pios usus, privatur is, qui pretium dederat, omni jure ad illud, quod Ecclesia in poenam justè ordinare potuit, ut ita & dans & accipiens pretium, lucret poenam.

49. Solvitur obiectio.

DISPUTATIO DECIMA

De Reliquis Virtutibus Justitiæ Annexis.

QUÆSTIO I.

De Pietate & Observantia.

1. *Varia accipio vocis pietatis.*



PIETAS aliquando sumitur generaliter pro Religione, quæ Deus colitur: quia autem is colitur quovis opere bono, hinc omne opus bonum dici solet opus pietatis. Secundo accipi solet Pietas pro operibus misericordiæ, quæ cum à Deo maxime mandentur, ipse licet neminem, quem reveratur, habeat, plus tamen nominari solet. Tertio sumitur Pietas pro speciali virtute, Justitiæ affini, quæ defini solet, Virtus quæ debitum honor & obsequium deferatur iis, qui post Deum sunt præcipui ortus nostri auctores. Quales sunt primo parentes: secundo patriæ: tertio consanguinei, quatenus in ipsis est aliqui parentum. Sic enim per virtutem Religionis inclinamur ad exhibendum cultum Deo, tamquam primo nostræ creationis principio: ita quoque per virtutem Pietatis inclinamur ad exhibendum cultum & obsequium parentibus & patriæ tamquam præcipuis post Deum vitæ nostræ auctoribus & conservatoribus.

2. *Quid pro in hie sumitur.*

3. *Obligat ad reverentiam parentum externam, Et internam.*

4. *Qui peccat in mortem contra externam parentum reverentiam.*

5. *num. 4.*

Potro tenemur ex virtute Pietatis ad cultum & reverentiam parentum, non solum externam, quæ præstatur signis & officiis externis, v. g. illis assurgendo, salutando, honorifice de illis loquendo, damna ab illis propulsando &c. sed etiam ad internam, quæ consistit, tum in positivo actu amoris, benevolentia, æstimationis &c. tum in odii, malevolentia, rancoris, contemptus, interni &c. fuga.

Hinc qui verbo, gestu aliove modo gravem in communi æstimatione hominum, juxta legem Regionis, parentibus irreverentiam infert, mortaliter peccat. Indicat passim id sacra Scriptura: Exodi 21. Proverb. 20. Deuteron. 27. & alibi, & quidem injuriam, quæ aliis hominibus illata foret mediocri, notat Marchant Tom. 2. Tract. 5. Tit. 1. quæst. 2. dub. 1. esse gravem, si parentibus inferatur, quod in nonnullis casibus specificat Bossius V. Filium

Item est dicendum de talibus prolium actionibus, quæ sunt graviter exacerbatiæ, contristativæ vel afflictivæ parentum, ut indicatur Proverb. 19. & alibi. Quænam

autem in hac parentum exacerbatione vel afflictione sit materia gravis, videri potest apud Marchant sup. dub. a.

Similiter qui gravi odio, malevolentia, indignatione, contemptu in parentes suos fertur mortaliter peccat: estque hæc circumstantia necessariò in confessione explicanda, ut observat post alios Bossius sup. num. 2. eò quòd illi actus habeant specialem malitiam oppositam pietati parentibus debitæ. Possent ulterius varii casus in particulari hic proponi, in quibus pietatis erga parentes obligatio solet examinari, v. g. ad quid in necessitate parentum teneatur filius ante vel post ingressum & professionem Religionis: item ad quid obligetur ante assumptionem status matrimonialis, sed quoniam hæc alibi sufficienter tradita sunt, non sunt hic repetenda.

Ex dictis patet Pietatem esse specialem virtutem ab aliis distinctam, utpote quæ habet speciale objectum, in quod sub ratione aliqua particulari tendit. Hoc porro objectum est cultus & obsequium parentibus & patriæ debitum ratione nostræ principationis & conservationis. Cultus quidem est objectum quod; ratio vero formalis, sub qua à Pietate respicitur, est ratio debiti orti ex principatione, quod debitum adeo magnum est, ut juxta Philosophum à nobis exhaustiri non possit per redditionem æquivalentis, intellige in eodem rerum ordine: alioquin potest filius parentibus, non solum æquale, sed & majus beneficium exhibere, ut si eos ab infidelitate convertat & spiritualiter in Christo regeneret. Per hos tamen non extinguitur in filio obligatio Pietatis: sed hæc semper manet, etiam post mortem parentum, quos defunctos si filius in honore vel sancta lædat, contra pietatem peccat.

Objectum cui principale hujus virtutis sunt parentes: deinde patriæ, velut quæ parentes fovet, & necessaria & opportuna ad ortum & educationem filiorum suppeditat. Tertio consanguinei, in quantum aliquid de parentibus communicant.

Quæ de Pietate in parentibus carnales dicta sunt cum proportionem extendit Lessius l. 2. c. 46. num. 9. ad virtutem, quæ respicit debitum, quod parentibus spiritualibus, tamquam secundariis vitæ spiritualis auctoribus, est reddendum. Sed hæc virtus potest etiam sub Observantia comprehend

4. *Qui contra internam.*

5. *Pietas est specialis virtus. Eius objectum materiale. Formale.*

6. *Item objectum cui.*

7. *Dicta applicari possunt virtuti parentibus spiritualibus debitum reddenti.*

hendi, de qua jam est agendum.

8. *Observantia unde dicitur.*

Itaque observantia dicitur ab observando: observare autem proprie est aliquid anxie speculari vel notare. Unde Superiores debite observamus, si eos velut anxie contemplantur, tum reverendo, tum ad eorum actiones, quibus aliquid petunt vel imperant, attendendo.

Quid sit.

Recte autem dicitur Observantia esse virtus, qua debitus cultus exhibetur Superioribus & aliis, qui nos gubernant actu vel potentia. Unde sicut Pietas defert cultum parentibus, tamquam ortus & educationis nostrae praecipuis post Deum principiis, ita quoque Observantia defert cultum Superioribus, tamquam principiis gubernationis & directionis. Ex quo etiam liquet discrimen inter Pietatem & Observantiam.

Qualiter a pietate differat.

9. *Objectum ejus materiale.*

Deinde ex his patet objectum quod Observantiae esse cultum propter gubernationem nostram deferendum iis, qui nos actu gubernant & dirigunt, vel saltem adeo sunt excellentes, ut de per se sint capaces regiminis nostri. Ratio vero formalis, quae cernitur in objecto quod, est ratio debiti, orti ex gubernatione actuali vel possibili jam dicta. Objectum denique cui sunt Superiores & aliae personae in dignitate constitutae, nos gubernare idoneae. Ratio autem formalis, sub qua observantia illas spectat, est actualis vel aptitudinalis gubernatio seu directio.

Formale.

Est objectum cui.

10. *Minus quam Pietas obligat.*

Ex quo ulterius constat obligationem Pietatis majorem esse, quam Observantiae: majus enim est principium ortus, quam gubernationis. Quod si directores nostros colamus in quantum curant bonum commune, hoc non erit proprie loquendo officium Observantiae, sed Pietatis in patriam, inquit *Sylvius quaest. 107. art. 3.* vel justitiae legalis, ut inquit *Lessius supponum. 15.* Unde Principi in extrema necessitate debet potius succurri, quam patri in pari necessitate constituto, non ex obligatione Observantiae, considerando Principem, quatenus te gubernat, sed ex obligatione Pietatis in patriam vel justitiae legalis, considerando ipsum, quatenus est persona publica, quae regno aut provinciae praesidet.

11. *Qualiter contra observantiam peccatur.*

Tamen si ergo Observantia minus, quam pietas, vere tamen obligat: ideoque contra hanc virtutem peccant, qui in Superiores verbo, gestu aliove signo sunt irreverentes: graviter autem malitiae ex anedictis de gravitate peccatorum, contra virtutem Pietatis commissorum, proportionem servata, defumi potest: quae enim alias esset levis vel mediocri irreverentia, potest esse gravis, si Superiori illata cenleatur in communi hominum aestimatione ejus auctoritati, reverentiae, vel dignitati graviter adversari.

Observantia alia defert Superioribus cultum ob excellentiam politicam vel humanam, & vocatur observantia politica: alia ob dignitatem vel perfectionem cum Religione conjunctam vel ad numen divinum ordinatam, & vocatur Religiosa. De quibus & aliis ulterioribus Observantiae speciebus latius videri potest *Lessius sup. dub. 3.*

12. *Observantia est virtus.*

QUESTIO II.

De Obedientia & Inobedientia.

Obedientia sic dicta est quasi obedientia: quia per eam praecipuum Superiorum quasi auditur & admittitur. Duplex autem solet communiter assignari obedientia, materialis videlicet & formalis. Materialis dicitur, per quam exequimur quemlibet actum praecipuum, nisi non fiat expressa contentione, ut praecipuum impleamus. Haec obedientia non est specialis virtus: sed ad omnes virtutum actus, qui sunt sub praecipuo, se extendit. Obedientia formalis est, qua praestatur opus praecipuum sub hac ratione, quia praecipuum est: & haec est specialis virtus: quia, etiam si ad omnes virtutum actus se extendat, tamen eos sub formali quadam ratione considerat, sub qua ab aliis virtutibus non attingitur, videlicet quatenus debiti sunt ratione praecipui.

13. *Obedientia unde dicitur.*

Alia est materialis.

Formalis alia.

Objectum materiale quod obedientiae est omne opus praecipuum. Objectum formale quod est debitum ratione praecipui seu honestas specialis in actu resultans, ex eo, quod sit a Superiore praecipuum. Objectum cui est Superior. Unde qui Superiorem non habet, formalem obedientiam incapax est.

14. *Quodnam sit hujusmodi.*

Obedientiae variae sunt species pro varietate potestatum imperandi: sicut enim alia est potestas praecipua divina, alia humana, & haec rursus vel Ecclesiastica vel politica, cui annectitur oeconomicum sive domesticum, ita quoque obedientia alia est divina, alia humana, & haec rursus alia est Ecclesiastica, alia politica sive civilis, quae membra ulterius subdividi possunt.

15. *Varia enim vocantur obedientia formalis sive politica.*

Haec porro obedientiae species non nisi accidentaliter inter se differunt, ut post *D. Thomam q. 104. art. 2. ad 4.* docet *Lessius c. 46. n. 26. Sylvius ad quaest. & art. D. Thomae cit.* Ratio est: quia, licet potestates praecipuae sint diversae rationis, obedientia tamen secundum se considerata tantum respicit opus, ut debitum ex praecipuo, lato ob eo, qui legitimam habet potestatem praecipuendi, qualiscumque illa potestas sit, sive divina, sive humana: haec enim potestatum distinctio per accidens & materialiter se habet ad obedientiam formalem. Unde

Non nisi accidentaliter differunt.

Unde rectè ait D. Bernardus Tractat. de Præcepto & Dispensatione c. 12. Sicq. Dem. sive homo Vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari præfecto obsequendum est curâ, pari reverentia deferendum, ubi tamen Deo contraria non præcipi homo. Accedit, quod potestas Superior v. g. divina implicite includatur in humana, & eâ ratione utraque eandem specie obligationem suo præcepto inducat, ut latius prosequitur Lessius sup. Vide etiam quæ diximus Dist. 5. de peccatis quaest. 6.

16. Objectioni occurritur.

Potest quidem Obedientia adungi alia virtus v. g. Religionis, si quis propter Dei reverentiam ejus præcepta implet. Pietatis, si quis parentibus obtemperet propter paternam potestatem, quam explicite considerat, & ex ea tamquam motivo ad præcepti impletionem se accingit: hoc tamen non est necessarium ad formalem obedientiam, quæ solum requirit, ut opus procedat ex affectu satisfaciendi præcepto, sub generali & præcisa ratione præcepti considerato.

17. Obedientia præstantia.

Hujus virtutis Obedientiæ christiana, seu omnibus christianis communis (de Religiosa, quæ adhuc est perfectior, agere actum est) præstantia patet tum ex bonis, quæ propter Deum contemnit, tum ex speciali suo objecto. Et quidem si priori modo præstantia virtutum æstimetur, optimè docet D. Thomas sup. art. 3. Obedientiam omnibus virtutibus moralibus anteposendam: quia Obedientia propriam contemnit & abjicit voluntatem: ceteræ autem virtutes morales non nisi bona temporalia. Si verò posteriori modo virtutum præstantia æstimetur, Religio est Obedientiâ præstantior, utpote quæ proximius, quàm Obedientiâ, ex se erga Deum versatur, ei debitum cultum deferendo.

Est inferior Religione.

Quo sensu melior sit obedientia quam victimis.

Nec obstat illud 1. Regum 15. Melior est obedientia, quàm victima: nam sensus est, melius est facere, quod Deus jussit, quàm, eo omisso, offerre victimas voluntarias aut prohibitas, ut inquit *capide*, in D. locum. Similitè virtutibus supernaturalibus, tamquam immediatè Deum spectantibus, Obedientiâ omnino est inferior.

18. Formalis obedientia non est sub præcepto.

Petes, An Obedientia formalis sit sub præcepto? Resp. Neg. quia nullam exat hujusmodi præceptum, quo Deus vel ecclesia mandet opus impleri ea intentione, ut præcepto satisfiat: sed ad cuiuscumque præcepti impletionem sufficit, ut opus præceptum faciamus propter intrinsecam ejus bonitatem, aut ut Deo placeamus. Immo probabile est Superiorem humanum non posse præcipere

Hermet. Sum. Theol. Pars III.

re, ut opus ex formali obedientia fiat: tum quia iste modus operandi non est necessarius, ut opus illud sit actus virtutis, cum possit esse talis ratione propria & intrinsecæ suæ bonitatis: vel quia fit ex motivo alterius virtutis, v. g. charitatis, absque intuitu præcepti: tum quia actus internus probabilitè non potest præcipi ab homine, nisi quatenus est necessarius ad constituendum externum in aliqua virtutis specie. De quo vide plura in Tract. de Legibus Dist. 3. Quaest. 8.

Foris ne præcipi potest ab homine.

Obedientiæ opponitur inobedientia, quæ, sicut obedientia, alia est materialis, alia formalis. Illa est cuiusvis præcepti transgressio. Unde est circumstantia generalis cum quovis peccato transcendens: estque gravis vel levis, prout præceptum violatum graviter vel leviter obligat. Hæc est violentio præcepti, ut præcepti, ut quando illud violatur ex intentione expressa ipsum violandi & suo facto ei adversandi. Continet autem hæc inobedientia duplex peccatum, unum consistens in prævaricatione præcepti obligantis ad faciendum vel omittendum opus; alterum consistens in transgressione præcepti, ventantis contemni mandatum Superiorum.

19. Obedientiæ opponitur inobedientia. Alia est materialis, Alia formalis.

Duplicem malitiam continens.

Inobedientia formalis ex genere suo est peccatum mortale: graviter enim adversatur rectæ rationi nolle præcepto obedire, ex intentione expressa illud violandi, & consequenter illud contemnere: quem contemptum declarat Sanctus Bernardus de Præcepto & Dispensatione cap. 14. explicans illud 1. Regum 15. Quasi peccatum violandi est repugnare, & quasi scelus idololatria, nolle acquiescere, ubi dicit: Non est non acquiescere, sed nolle acquiescere, ut non infirmis simplex ipsa transgressio: sed voluntaria superba contemptio scilicet idololatria reputetur: non est enim id ipsum nolle obedire & non obedire hoc quippe interdum erroris est, nonnumquam & infirmitatis: illud verò aut odiosa pertinacia aut contumacia non ferenda. Quanto autem major est ille, qui præcipit, tanto majus peccatum est, esse illi inobedientem, inquit Sylvestrus quaest. 105. conclus. 1. Unde gravius peccatum est formalis inobedientia, erga Deum, quàm erga hominem commissa.

20. Ex genere suo est mortale.

Ergo gravius quo major Legislator committitur.

Nec refert, quod Deus præcipiat obedientiam Superioribus, tamquam vires suas gerentibus, exhibendam: idcirco Luca 10. Christus dicat: Qui vos spernit, me spernit: nam formalis contra Superiorem humanum inobedientia est tantum materialis contra Deum, quando violatur præceptum humanum, ut

21. Objectioni solvitur.

tale, sine formali & explicita intentione contraveniendi præcepto divino, pro ut fieri potest.

22.
Potest esse
ventalis ex
inconsideratione actus.

Apertum
ex levitate
materiae.

Formalis inobedientia potest esse venialis & imperfectione actus non satis deliberati. An similiter ex parvitate materiae, non ita constat: & quidem si procedat ex perfecto & absoluto contemptu præcepti vel Superioris quæ talis, omnino dicendam est, levitatem materiae nunquam à mortali excusare, sive legislator sit Deus, sive homo, ut latius patet ex dictis de Peccatis Disp. 7. num. 63. & seqq. Si verò non procedat ex absoluto contemptu, veluti si quispiam non obediat Superiori, ut contraveniat ejus præcepto in minimo, paratus tamen absolute ipsi obedire in majoribus, docet Sylvius sup. articulo 1. talem inobedientiam esse solum venialem, sed quòd non involvat contemptum nisi imperfectum. Vide quæ diximus loco citato. De Peccatis num. 65. in fine.

QUÆSTIO III.

De Gratitude & Vindicatione.

23.
Quid gratitudo.

GRATITUDO, quæ & gratia dicitur sumitur pro virtute, quæ respicit debitum ex beneficio natum. Unde inclinatur ad beneficium beneficio compensandum: describiturque ab Augustino L. 83. qq. quæst. 31. in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria & remunerandi voluntas continetur. Extendit se ad omnes, à quibus aliquod beneficium accepimus, ut ad Deum, parentes, Superiores & homines privatos.

24.
An sit specialis virtus.

Est autem virtus hæc specialis ab alijs distincta: nam ex eo, quòd beneficii beneficio compensetur, specialis resultat honestas, utque gratitudini, & non alteri virtuti, propria. Quod quidem satis patet in gratitudine erga particularem benefactorem, qui privatum aliquod beneficium nobis contulit. Si verò attendatur debitum, ortum ex beneficijs collatis à Deo & parentibus, censet Viggers dub. 3. num. 13. post D. Thomam quæst. 106. art. 1. & alios gratitudinem non distingui à Religione & Pietate: idem est de observantia, si spectetur debitum, natum ex beneficio gubernationis à Superioribus accepto. Vide Lessium cap. 47. numero 2. & sequentibus.

25.

Officia gratitudinis possunt quinque

enumerari. Primum beneficii æstimatio, si non ex rei magnitudine, saltem ex affectu donantis, qui in beneficijs gratuitis semper est considerandus, juxta illud Seneca lib. 1. de Benef. cap. 6. Beneficium non in eo, quod sit aut datur, consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo.

Offici
primis
enumerantur.
Primum.

Secundum est benigna acceptatio: alius enim & beneficium & animus donantis contemni censetur, & ulteriorum beneficiorum collationi via præcluditur. Per ipsam verò benignam acceptationem, veluti alicujus commodi vel oblationis in animo donantis causativam, censetur aliqua inchoata compensatio pro beneficio fieri, juxta illud Seneca lib. 2. de Benef. cap. 35. Vis reddere beneficium? accipe benigne.

Secundam.

Tertium est gratiarum actio, quæ consistit in benevola accepti beneficii protestatione ad benefactorem cum quadam sui subjectione & obligationis recognitione directa. Estque hæc gratiarum actio quædam beneficii compensatio, quatenus per eam benefactor honore afficitur, & quædam in ipso majoritas agnoscitur. Est autem magis accommodanda affectui dantis, quam rei donatæ, ut docet D. Thomas sup. articulo 5.

Tertiam.

Quartum est grata commemoratio, id est, ut tempore & loco habeatur memoria beneficii accepti, non solum apud nos, sed etiam apud alios, datâ occasione referendo & ad laudem ac honorem benefactoris condigne exaltando beneficii magnitudinem. Alioquin qui beneficii collati obliviscitur, conferendorum indignus convincitur: ut proinde merito dicat Seneca lib. 5. Benef. cap. 1. Ingratissimus omnium est, qui beneficii oblitus est.

Quartam.

Quintum est reciproca beneficii præstatio sive relatio, ut videlicet tempore & loco beneficium re vel obsequio reddatur: quamvis enim beneficium statim sit recompensandum quoad benevolentiam animi affectum, non tamen quoad doni retributionem, quæ tunc deponi facienda est, quando benefactori videtur futura opportuna, ac proinde non nimis citò, nec minus tardè, sed pro opportunitate benefactoris beneficium est beneficium compensandum.

Quintam.

Ex his patet non solum opulentos, sed etiam pauperrimos posse esse gratos pro beneficijs acceptis, nimirum benefactorem honorando, laudando, pro eorum orando, ipsi gratias agendo, beneficium benevolenti animo, quando datur, acceptando & retinendo, ut observat Sylvius quæst. 107. art. 3. ubi etiam Quæst. 106.

26.
Qualiter
pauperes
gratos
esse debent
in animo
excitare.

106. art. 3. addit gratiam deberi benefactori, etiam si hic postea iniuriam inferat: ad quod, licet nullum antea beneficium contulisset, oportet tamen ei ignoscere: cum autem nunc quidem læserit, sed præterea beneficium contulerit, debetur ei plus, quam venia. Ita ille.

27. Ingratitudo gratitudinis opposita alia est materialis. Et quale peccatum;

Virtuti gratitudinis opponitur virtus ingratitude: sicuti autem inobedientia alia est formalis & alia materialis: ita quoque ingratitude. Materialis committitur, quando omittitur aliquod debitum gratitudinis officium, vel quidpiam contra benefactorem positivè committitur, non tamen ex eius contemptu. Non est hæc ingratitude grave peccatum (immo potest quandoque esse nullum, ut docet *Lessius sup. dub. 3. nu. 18.*) nisi sit graviter contra aliam alterius virtutis obligationem. Formalis dicitur, quando in re vel in mente beneficium contemnitur, veluti benefactorem ejusve animum despiciendo, aut minoris, quam par est, æstimando, obligationis erga illum elidendi gratiã. Est autem hæc ingratitude duplex, alia privativa & alia contraria, privativa dicitur, quando quis non agnoscit beneficium, quod, quando & ubi deberet agnoscere: contraria, quando insuper fit aliquid veræ gratitudini repugnans.

Alia formalis.

Et hæc virtus alia est privativa & alia contraria.

28. Privativa quando fit peccatum mortale;

Ingratitude privativa potest esse mortalis, si procedat ex temerario iudicio, ut si sine sufficienti fundamento iudicetur beneficium ex simulato affectu datum, & ideo debita tempore & loco gratitudinis officia omittantur: potest tamen esse venialis ex levitate & imperfectione contemptus vel ex levitate materiæ, nisi ratione scandalii aut alio ex capite gravis accedat malitia. Contraria similiter gratitudo pro conditione ejus, quod agitur, quandoque est veniale peccatum, quandoque mortale, & quidem speciale, quando committitur in benefactorem, quatenus talem, ut post *D. Thomam, Tannorum & alios, observat Viggers dub. 4. num. 20.*

Quando veniale.

Item quando contraria.

29.

Vindictio incidit cum justitia vindicativa, respicitque debitum ex delicto ortum, cui satisfacit per condignæ pœnæ inflictionem: atque adeo ponit æqualitatem inter delictum & pœnam. Definitur autem esse virtus, quâ persona habens publicam auctoritatem pro delicto condignam imponit pœnam. Dicitur habens publicam auctoritatem: quia privatâ auctoritate vindictam sumere non licet, juxta illud *Roman. 12. Non vosmetipsos defendentes*, id est, ulciscen-

Quid vindicatio.

Non licet privatis hominibus.

res seu vindicantes, ut videre est apud *A. Lapide in D. lectum.*

Postquam nihilominus privati homines hujus virtutis honestate frui: quamvis enim per se vindicationem exercere nequeant, possunt tamen affectu & voluntate optare, ut delictum puniatur: tum quia id honestum est, tum quia sic debitus ordo servatur, & si quid colapsum est, ad debitum ordinem revocatur, injuriaque parti læsæ compensatur, qui fines ab ipso quoque judice, pœnam infligente, attendi debent, ut puniendo actum justitiæ vindicativæ exerceat: alioquin, si pœnam infligat, ut reo malè sit, non actum virtutis, sed odii committit, uti & quilibet privatus idem ad eundem finem optando.

30. Qui tamen hujus virtutis honestate non necessario desituntur.

Vindicationi se immisceat justitia commutativa, quatenus judex, ex pacto tacito vel expresso cum Republica inito, tenetur delinquentibus pœnam correspondentem infligere, sicuti custos tenetur furem à stiva, quam ex pacto custodit, arce, ac proinde tenetur ad restitutionem damnorum ex neglectu vindictæ Republicæ vel parti læsæ obvenientium. Si actus vindictæ spectetur tamquam medium, boni communis conservativum, pertinebit vindictio ad justitiam legalem, quæ inclinat membra communitatis ad procurandum bonum totius. Si denique ordinetur ad bonum privatum vindicantis vel alterius, pertinebit ad charitatem sui vel proximi, ut latius prosequitur *Smising. De Deo uno Tract. 3. Disp. 4. num. 77.* ubi censet nullum justitiæ vindicativæ actum dari, quin ad aliquam aliam virtutem pertineat, neque ullam dari obligationem ex ea provenientem, nisi se immisceat alterius virtutis obligatio. Unde concludit vindicationem non esse specialem aliquam virtutem.

31. An sit specialis virtus.

Econtra *Viggers dub. 5. num. 23.* post alios communitate, ut ex *Tanhero* refert, putat vindicationem esse specialem quandam virtutem, veluti quæ versatur circa specialem rationem honesti, consistentem in hoc, quod malefactori debita pœna, secundam mensuram delicti, infligatur & læso per peccatum reparatur suo modo ablatum, quod per se decens est, ut præmiserat *n. 21.*

Vitia huic virtuti opposita sunt crudelitas & nimia remissio: hæc per defectum, illa per excessum. Vide quæ diximus *Disp. 2. de Temperantia n. 101.*

32. Vitiis illi opposita.

QUÆSTIO IV.

De Veritate & Mendacio.

33.
Quia virtus
in v. act.
est.

Vnde eius
obligatio
nascitur.

34.
Malitia
mendacii
oppositi in
quo consi-
stat.
Ejus defini-
tio allega-
tur.

Dividitur in
illud quod
committi-
tur verbis
& quod fa-
ctis.

35.
Item in ja-
ctantiam &
ironiam.

Denique in
jocosum of-
fensivum &
pernicio-
sum.

36.
Omne est
intrinsicè
malum.

VERITAS prout hic sumitur est virtus inclians ad rectum usum sensuum exteriorum, ad mentem nostram patefaciendam institutorum, ut videlicet menti & conscientie sint conformia, sic eam foris significando, qualis intus latet. Oriturque hujus conformitatis obligatio ex ipsa natura rationali, quatenus instituta est, ut sit socialis, qualis esse non potest, nisi per voces aliaque signa externa homines mutuas suas cogitationes mentesque transfundant & externæ manifestationi credant. Cujus credulitatis fundamentum est debitum illud veracitatis, quod quisque in verbis & alijs signis externis servare æstimatur.

Unde malitia mendacii veritati oppositi, consistit in eo, quod quis aliud significet verbis vel factis, & aliud habeat in mente, quod in violationem & dissolutionem humanæ societatis & commercii tendit. Definitur esse locutio contra mentem, sub locutione comprehendendo quamlibet externam significationem, sive verbis fiat, sive scripto, sive gestu, sive alia ratione: aliud enim mendacium committitur verbis, aliud factis: illud propriè & simpliciter vocatur mendacium; hoc simulatio. Atque hoc modo mentiuntur, qui in gestibus & alijs externis actionibus præ se ferunt gaudium, dolorem, compassionem, amicitiam &c. cum nihil horum subsit. Hujus species est hypocrisis, quæ videlicet quis se simulat iustum, pium aut virtuosum, cum non sit.

Aliiter dividitur mendacium in jactantiam, dum quis major de se prædicat, quam revera subint, & ironiam, dum minora prædicat, vel laudabilia negat, quæ tamen insunt. Unde ironia veritati opponitur per defectum, jactantia per excessum. Denique mendacium dividitur in jocosum, quod voluptatis seu recreationis causâ dicitur; officiosum, quod utilitatis causâ, & perniciosum, quod in injustam alterius læsionem cedit.

Omne mendacium, sive verbis, sive factis committatur, est ita intrinsicè malum, ut nullo casu sit licitum. Patet ex c. Super eo de Usuris, ubi Innocentius III. ait, Divini verbi præcepto prohiberi, ne quis, etiam pro alterius vita servanda, mentatur. Constat etiam ex Scripturis passim obvius Levit. 19. Non mentiemini, nec decipiet unusquisque pro-

ximum suum. Psal. 13. Verbum mendax iustum detestabitur. Ad Coloss. 3. Nolite mentiri invicem & alibi. Consonant quoque Sancti Patres (& post eos Theologi communiter) inter quos Sanctus Augustinus duobus libris id ipsum fusè tradit, quorum unus est de Mendacio & alter contra Mendacium.

Non defuerunt tamen olim, qui mendacio patrocinantes ipsum licere putaverint. Tales fuerunt plerique Philosophi gentiles, ut Sophocles, Euripides, Democritus, quin & ipse Plato, ac post eum Origenes apud Hieronymum lib. 1. contra Rufinum cap. 4. qui auctoritate Platonis deceptus, magnam post se Græcorum sequelam traxit. Putat tamen Lessius cap. 47. dub. 6. numero 39. plerisque posse excusari, quod mendacium vocent etiam orationem alio sensu dictam vel habentem tacitam mentis limitationem, seu restrictionem. Ut autem sciatur, quæ restrictio mentalis sit propriè dictum mendacium & quæ non.

Nota, nos posse varijs modis loqui alio sensu, quam ab audiente intelligatur, ac in primis utendo æquivocatione vel amphibologie in verbis, quæ secundum communem usum duplicem habent sensum, serè æquè communem ut, *Mio tē Eactia Romanos vincere posse.* Hujusmodi æquivocatione uti, supposita iustâ causâ (secus est eâ seclusâ, cum virtus veracitatis obliget, ne sponte detur audienti occasio erroris, sicut aliæ virtutes obligant, ne alteri sine causa detur occasio vitiorum oppositorum) non est malum: cum enim oratio externa verè sit de se manifestativa sensus à loquente intellecti, non potest ullo modo habere rationem mendacii, adeoque per se licet. Quod autem detur audienti occasio erroris, nihil refert: qui loquens eam non tenetur vitare suppositâ iustâ causâ.

Secundò potest oratio externa, à nobis exterijs prolata, habere quidem duplicem sensum, sed unum communius, alterum verò rarius usitatum. Quo modo *Matth. 11.* Joannes Baptista dicitur Elias, videlicet functione officio. Talem etiam orationem ex iustâ & rationabili causa loquens de per se potest intelligere in alterutro sensu, etiam minus obvio, licet audiens inde sumat occasionem erroris, modo aliud malum inde non sequatur, quod præsentis causæ præponderet: nam talis etiam oratio prout exterijs profertur, est conformis menti & conscientie loquentis, adeoque à malitia mendacii planè liberata seclusâ tamen iustâ causâ id non licet, ut patet ex dictis n. præced.

Tertio

40. Tertio possunt alii loqui, & tendo talibus verbis, quae secundum se sumpta, & prout exterius pronuntiantur sunt falsa, etiam suppositis omnibus circumstantiis hic & nunc consignificantibus, si tamen jungantur cum illis, quae in mente retinentur & à loquente subintelliguntur, sunt vera; ut si quis dicat, dabo tibi librum, in mente retinendo conditionem hanc, si tibi debeam, sub qua & non aliàs, dare vult. De hoc tertio modo potissima est difficultas, an restrictio mentalis sit licita, nec ne. Suarez Tom. 2. de Relig. Pract. 4. lib. 3. cap. 10. & 11. Lessius cap. 42. dub. 9. num. 47. Reginaldus, Sanchez & alii, quos citat & sequitur Diana Part. 3. Tract. 6. Resol. 30. affirmant. Maldersus verò Sylvius, Layman, Coninck & alii apud eundem Diana loc. cit. negant. Cum quibus

dendum est, qui putat aliquando esse mentisandum, ne forte & tunc mentatur, cum praecipit, & credamus.

Dices I. Non tenetur homo totam mentem suam circa rem, de qua est sermo, aperire: adeoque non tenetur omnia verba exprimere, quibus ea aperitur, & consequenter poterit partem exprimere & partem tacitus addere. Resp. est homo non tenetur simpliciter totam mentem suam audienti aperire, tenetur tamen in expressione, quae per orationem externam fit, non admittere difformitatem inter mentem suam & externam orationem, alioquin secundum se futuram falsam, & veram mendacii malitiam inficiendam, ut ex antedictis satis patet.

Dices II. Qui utitur restrictione mentali, non intendit orationem externam solitariè secundum se sumptam, aliter, sed tantum quatenus conjuncta est cum verbis tacite in animo subintellectis, quod fieri potest sine mendacio, ut constat ex facto Ezechielis Prophetae, ita suam prophetiam incipientis, Et factum est, quae verba explicans D. Gregorius homil. 2. in Ezechielem dicit, cum ita incipere, quia internam orationem cum externa conjungit. Resp. cum interna loquentis intentio verbaque tacite subintellecta audienti non innotescant, revera totum illud, quod habet rationem signi, manet falsum, veluti internae menti difforme, & consequenter in mendacium degenerat.

Ad id, quod additur de Ezechiele, dicendum est, quod sumendo particulam, & per modum conjunctionis, Propheta visioni, seu internae cum Deo locutioni intentus, immediatè connectit externam locutionem, non quidem ita, ut externa secundum se sit falsa, sed hæc loquendi formulam innuendo se exterius continuare locutionem, quam interiùs cum Deo inchoaverat. Hoc & non aliud vult D. Gregorius. Verum A Lapide in D. locum Ezechielis post S. Augustinum in Psalm. 4. Origenem, Maldonatum & alios, notat vocem, & per Pleonasmum (id est per redundantiam seu superfluum) addi, more Hebræorum, libros suos vel narrationes per particulam, vau, id est, & exordientium, ut alijs exemplis ostendit A Lapide ibidem.

Dices III. Dum quis solus secum loquitur, orationem partim exterius proferens, partim in animo per mentalem restrictionem subiciens, non dicitur mentiri, quantumvis oratio externa seorsim sumpta esset falsa: ergo nec is, qui ita alteri loquitur. Resp. Neg. C. quia dum quis secum loquitur, men-

41. Pura restrictio mentali non licet uti.

Subcommissur mendacium.

Et dolus ab Augustino redarguitur.

42. Societas humana pervertitur.

Dicendum est restrictionem purè mentalem omnino esse illicitam. Probatur I. quia oratio, cum tali restrictione prolata, videtur continere verum mendacium: cum secundum totum id, quod in ea habet vim significandi, sit difformis conceptui loquentis, adeoque falsa: nam non significat secundum eam partem, quae intus reticetur, sed tantum secundum eam, quae exterius profertur, quippe quae sola ab audiente percipitur & in eo generat conceptum de re significata. Confirmatur ex Sancto Augustino lib. de Mendacio cap. 3. generaliter dicente, ille mentitur, qui aliud habet in animo & aliud verbis vel quibuslibet significationibus enuntiat. Similiter in illud Psalm. 51. Lingua dolosa ait: Quid est lingua dolosa? Ministra fallaciarum est lingua dolosa, aliud in corde gerens, aliud in ore promentium. Quod aequaliter habet locum, sive tacita in mente restrictio adjiciatur sive non: adeoque si quod ore profertur, seclusà restrictione solà mente concepta, contineat dolum ab Augustino redargutum, etiam continebit, dum tacita in mente restrictio accedit: cum hæc neque mutet rem significatam, neque vim significativam orationis exterius prolatae.

Probatur II. quia usus restrictionum mentalium totam societatem & commercium humanum evertit: utpote qui dat audienti semper animum dubitandi, an loquens non retineat in mente aliquam limitationem per orationem externam non significabilem, adeoque an loquenti sit fides adhibenda: idque verum est etiam si loquens expressè asseveret, se non uti restrictione mentali: quia in hoc ipso forte utitur eà, juxta illud Sancti Augustini lib. de Mendacio cap. 8. Quomodo crederemur Sum. Theol. Pars III.

43. Soluitur Prima obiectio.

44. Secunda.

45. Tertia.

tem suam, utpote probè notam, per externa signa indicare non debet: dum verò alteri loquitur, eam non nisi per verba prodit, quæ si menti sint dissona & falsa sunt & mendacium continent. Nec refert quod loquens non habeat expressam voluntatem mentienti, sed potius contrariam, quia licet habeat simplicem velleitatem non mentienti; habet tamen voluntatem interpretativam, & que efficacem mentienti, hoc ipso, quo vult efficaciter proficere orationem sola restrictione mentali, & non aliter verificabilem. Alia quæ objici possent, vide soluta *Diff. 3. de Fide Quæst. 3.*

46. *Similiter in juramentis illicita est restrictio purè mentalis.*

Secus est de equivocatione, data justâ causâ.

Ex his patet restrictionem purè mentalem nullatenus esse licitam in juramentis: cum enim per orationem eternam, non nisi per talem restrictionem verificandam; adeoque simpliciter illam præstentur, à ratione perjurii nequeunt excusari: hoc est de juramentis, per talia verba præstitis, quæ verum aliquem sensum, à jurante eadem causa intentum, etsi ab eo, cui juratur, non intellectum, habent, ut post alios docet *Viggers de Juramento lib. 12. n. 94.* tunc enim simpliciter juratur verum, non falsum.

QUESTIO V.

De Affabilitate & Liberalitate.

47. *Affabilitas ab Amicitia distinguitur.*
AFFABILITAS interdum appellatur nomine amicitie, in re tamen ab ea differt: nam amicitia est mutua quorundam benevolentia, utriusque nota, & in quadam communicatione fundata, ut ex Philolopho describit *Smising. de Deo Uno Tract. 3. diff. 4. num. 84.* Sic amicitia studiosorum fundatur in communicatione in studijs: amicitia militum, in communione rerum militarium, amicitia virtuosa, in communicatione & similitudine virtutis: affabilitas verò non postulat talem communicationem.

48. *Ejusdemque definitio.*

Affabilitas rectè definitur esse virtus, quæ ad eam in verbis & factis serijs inclinatur mediocritatem, secundum quam alicujus conversatio est proximo grata & accepta. In quo spectanda est conditio, tum personæ loquentis vel agentis, tum eorum, coram quibus loquitur vel agit, & reliquæ circumstantiæ.

Dixi, factis serijs, quia pro mediocritate in jociis servanda assignari solet ex *Philosopho lib. 4. Ethicorum cap. 9.* Eutrapelia. Observat tamen *Smising sup. num. 86.* hanc virtutem ab Affabilitate essentialiter non differre, sed tantum materialiter, penes materiam, in qua versatur: nam dum versatur in serijs vocatur simpliciter affabilitas, dum in jociis, Eutrapelia.

49. *Quod sit objectum Affabilitatis.*
 Ex his patet Affabilitatem tendere in actiones nostras, quibus cum proximo conversamur, easque habere pro objecto materiali. Ratio objectiva, in objecto materiali reperta, est debitum fundamentum in natura nostra sic instituta, ut fit sociis. Objectum cui est proximus, quocumque est conversandum.

50. *Ei per excessum est periculum adulationis.*
 Contra Affabilitatem peccatur per excessum & per defectum: per excessum peccant, qui in familiaribus congressu nimium, dictis aut factis contra præscriptam rectæ rationis, excedunt in nimia blanditia omnia approbantes & laudantes, qui si id faciant utilitatis causa, vocantur Adulatores, si solum ut placeant, appellantur simpliciter Blandi. Per defectum peccant, qui in consortijs solent ab alijs ordinari consentire & eis contradicere ad tædium & molestiam eorum, vocanturque morosissimi cum autem hinc nata sint sequi litigia, D. Thomas vitium hoc morositatis appellat nomine litigii.

51. *Quæ ex se non sunt nisi venialia.*
 Vitia hæc Affabilitati opposita ex ratione sua non sunt nisi venialia, ut patet in adulatione: hæc enim solum est quidam excessus in studio alijs placendi, eosque in consortijs recreandi: quæ de se non sunt gravia, per accidens tamen possunt esse talia, ut si quis aduletur alteri in peccatis ab eo commissis aut committendis, illa ementito virtutum pallio obvolvendo, honestando & approbando; & sit unus ex illis, quibus *Isaia 5.* dicitur: *Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum:* vel si per adulationem intendatur finis graviter malus, ut si quis aduletur alteri nocumæti corporalis vel spiritualis ei inferendi causâ: de quo *Proverbum 27.* dicitur: *Meliora sunt vulnera diligenti, quam fraudulenta oscula odientis.* Cui consonat illud *Augustini in Platone 69.* *Plus persequitur lingua adulatoris, quam unius intersectoris:* vel denique si accedat scandalum, datâ per adulationem alicujus gravis peccati, quod adulator poterat & debuerat prævidere, occasione.

52. *Idem vitium in morositate non*
 Patet idem in morositate seu litigio: per hoc enim vitium solum adfertur proximo aliqua molestia & tædium, quod per se non

non est grave, nisi per accidens proximus ad gravem indignationem aut iracundiam inde provocetur. Absolutè tamen spectando utrumque hoc vitium secundum se præcisè, litigiosa pejus est adulatione: nam magis repugnat rectæ rationi in consortijs esse molestum & morosum, quam in blanditijs excedere, nisi ratione materiæ, finis vel effectus (ut frequenter contingit) adulatio morositate excedat.

Quodnam sit gravius adulatio vel morositas.

53. Liberalitas unde dicitur.

Qualiter dignatur.

Ejus materia remota divitiarum proxima harum affectus.

Qui habeat locum in pauperibus.

54. Et cum justitia conveniat ac ab eadem discrepet.

55. Et per defectum opponitur avaritia.

Liberalitatem Quidam sicut dictam volunt, quod libero proficitur ex animo. Alii sic dictam continent, quod libero homine digna sit, qui nec se divitijs, nec has sibi adstrictas patitur, sed animum ab eis liberum habere intendit. Definitur autem esse virtus, quæ moderatur amorem divitiarum, & consequenter inclinatur ad eas largiendum secundum rectam rationem. Unde divitiarum sunt materia remota hujus virtutis; proxima est affectus illarum, quem liberalitas moderatur, ne possessorem à legitimo usu earum retrahat, vel eas prodigat. Ex quo hujus virtutis utilitas, immo necessitas, elucet: necessarium enim est, habere affectum divitiarum, secundum rectam rationem, regulas temperatum.

Non est tamen virtus Liberalitatis ita propria divitijs, ut nequeat reperiri, quoad meritum & honestatem suam, etiam in pauperibus: quippe qui etiam possunt habere affectum erga hujus virtutis exercitium, à quo per accidens defectu materiæ impediuntur. Deinde Liberalitas non tam spectatur ex multitudine & magnitudine datorum, quam ex affectu dantis, qui in paupere, rem exigui momenti largiente, potest esse major, quam in divite, magna muneris animo non prompto largiente.

Ex his patet Liberalitatem convenire cum Justitia in eo, quod utraque sit ad alterum & versetur circa res externas: differt autem in perfecta ratione debiti: nam debitam Justitiæ est rigorosum; Liberalitatis solum morale fundamentum in quadam decentia & honestate, ut habet D. Thomas quaest. 117. art. 5. ad 2.

Liberalitati per defectum opponitur Avaritia, quia deficit in erogando (à quo Liberalitas potissimum appellatur) prohibet enim ab elargitione divitiarum ubi recta ratio eam postulat. Alio autem sensu potest dici Liberalitati opponi per excessum, quatenus scilicet excedit in estimatione & immoderato affectu divitiarum, ad eas nimio studio acquirendas vel possidendas impellens.

Quatenus Avaritia præcisè opponitur Liberalitati, solum est peccatum veniale, utpotè non aliud importans, quam inordinatum affectum erga divitijs acquirendas vel retinendas. Potest tamen esse mortalis, si intercurrat violatio alterius virtutis, ut si immoderatus divitiarum amor impellat ad injustam earundem acquisitionem vel possessionem: tunc enim Avaritia opponitur Justitiæ, & pro gravi vel levi ejusdem violatione gravis, quoque vel levis est. Deinde si ex Avaritia, homo ita suis divitijs affigatur, ut propter eas acquirendas vel possidendas paratus sit violare præceptum aliquod graviter obligans, puta auditionis sacri, elemosynæ &c. peccatum mortale committit.

56. Quæ entitas est solum veniale. Aliunde potest esse mortale.

57. Est vitium capitale.

Cujus filia ex S. Greg. enumerantur.

Avaritia numeratur inter peccata capitalia: quia ex illa, sicut ex alijs peccatis capitalibus, multa alia vitia proficiscuntur. Porro septem Avaritiæ filias enumerat D. Gregorius apud Lesium cap. 47. num. 60. nempe obdurationem cordis, inquietudinem mentis, proditorem, fraudem, perjurium, fallaciam & mendacium. De quibus videri potest Bassani V. Avaritia num. 2. Unde patet inest ab Ecclesiaste cap. 5. & 6. multa contra hoc vitium differi, quibus ejus malitia, etiam ab Apostolo ad Rom. 1. ad Ephes. 5. ad Coloss. 3. damnata, ostenditur, & miseria eorum, qui hoc vitio innodantur, enucleatur.

58. Liberalitati per excessum opponitur prodigalitas.

59. Quæ describitur.

Liberalitati per excessum opponitur prodigalitas, quæ est vitium, quo exceduntur limites rectæ rationis in erogatione divitiarum: prodigus enim dicitur, qui pecunias ubi, quando & quibus non debet, vel plus, quam secundum rectam rationem debet, largitur. Quod si respiciatur, non ad divitiarum elargitionem, sed ad earum amorem, prodigalitas Liberalitati opponitur per defectum, quatenus minus, quam ex rectæ rationis præscripto oportet, divitiarum cura geritur. Et ita loquitur Viggers dub. 9. Liberalitati per excessum opponens Avaritiam, per defectum prodigalitem.

Hoc peccatum ex genere suo solum est veniale: quia prodigus est dominus suarum divitiarum, quas dum prodigè expendit, sine gravi alterius virtutis violatione, non est unde graviter peccet: simpliciter tamen peccat, quia licet verum habeat suarum divitiarum dominium, Deus tamen vetat eas aliter, quam recta ratio dicit, expendi.

Ex genere suo est solum veniale.

Est

Mior avaritia.

Est autem prodigalitas ex propria ratione minus peccatum, quam avaritia: partim quia minus recedit à liberalitate, velut ad quam pertinet dare, in quo excedit prodigus & deficit avarus: partim quia prodigus multis prodest, si quos sua distribuit; avarus verò vix ulli: partim, quia facilius prodigalitas, quam avaritia, curatur, scilicet vel egestate medente.

60.

Per avari-

Peccat tamen prodigalitas esse peccatum mortale, si quis suas divitias pro-

digat cum notabili aliorum damno vel scandalo, aut alicujus præcepti graviter obligantis violatione. De quo vide *Lesum c. 47. dub. 8. n. 62.*

Et hæc de virtutibus, tum in communi, tum in particulari de Theologicis, Fide, Spe & Charitate, necnon de Cardinalibus, præsertim Iustitia, ac Religione ceterisque annexis, & vitijs oppositis, dicta sufficiant, ad laudem & gloriam ejus, qui omnium virtutum fons & origo est.

F I N I S.



INDEX